ACHATII LVDOVICI CAROLI
SCHMIDII
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS

INSTITVTIONES IVRISPRVDENTIAE ECCLESIASTICAE

ADDITO

PROCESSV CONSISTORIALI

AD VSVM FORI EVANGELICI

METHODO SYSTEMATICA ADORNATAE.



Editio secunda.

IENAE,
IMPENSIS IO. GVILIELMI HARTVNGII
cIɔ Iɔ CC LXII.

PRAEFATIO.

Noli, quaeſo, LECTOR HVMANISSIME, exiſtimare, me ob eam rationem animum ad ſcribendum appuliſſe, numerum vt augerem compendiorum iuris pontificio - eccleſiaſtici, quorum haud pauci celebratiſſimos ICtos agnoſcunt conditores.

Alium mihi potius propoſitum fuiſſe finem edendo hunc,

quem tibi offero, libellum, primo ſtatim intuitu ex ipſa inſcriptione apparebit: et inſtituta perluſtratione conuictus euades, iurisprudentiae eccleſiaſticae principia heic tibi exhiberi, quatenus in foris euangelicis admittunt applicationem, omiſſis perſonis, ritibus et rebus, non niſi apud pontificios obuenientibus.

Equidem quantum ſcio, vix vllus auctor, qui iuris eccleſiaſtici doctrinas explicuit, academicis deſtinatum praelectionibus librum publici fecit iuris, qui fundamenta iurisprudentiae mere euangelicae ſiſteret: niſi huc referre malis conſummatiſſimi quondam ICti, B. IO. BALTHASARIS *de* WERNHER *principia iuris eccle-*

clesiastici protestantium, instruendo in primis pastori adornata. At enim vero nemo non videt, quum id ipsum inscriptio libri loquatur, cui tractatio ex asse respondet, celeberrimum adhuc post fata virum iura ad pastoris munus pertinentia, non vero reliquas eximias iuris ecclesiastici partes interpretari voluisse, aut explicasse: cui et hoc accedit, quod iura Saxoniae electoralis ante oculos habuerit; reliqua vero, vbi differunt, quod haud raro accidit, omiserit. Quum autem institutiones academicae ad singularium prouinciarum vsum haud commode restringi queant; WERNHERIANI compendii ductu iura ecclesiastica, commoda auditoribus ratione,

doceri posse dubito. Hunc tractationum iuris ecclesiastici euangelici defectum, alii quoque agnoscunt et lugent, ex quibus vnicum, sed maximi nominis virum, laudare sufficiet, qui apud omnes, credo, eruditos nullum dubitandi locum superesse sinet, virum puto illustrem et excellentissimum IO. IACOBVM MOSERVM, patronum meum multis nominibus colendum, in aureo isto et studiosis iuris valde proficuo libello, cui titulum fecit: *Anleitung zu dem studio iuris iunger Standes- und anderer Personen, cap. III.* §. 37. Idem illud olim in votis optatisque habuit SLEVOGTIVS tractat. *vom Recht derer Altaere:* vbi in praefatione reperiuntur verba:

ba: *es waere zu wünschen, daß auf Academien unser Kirchen-Recht besonders und aus eigenen Principiis tractiret, keinesweges aber mit dem paepstischen Rechte combiniret würde.*

Horum aliorumue DD. sententia suo haud caret fundamento. Nemo enim in dubium vocabit, quin iura euangelicorum ecclesiastica ex suis principiis deducere, et systema peregrinis doctrinis haud interruptum sistere, proficuum sit.

Proinde ad hunc finem obtinendum id operam dedi, genuinas vt suppeditarem notiones, principiis euangelicorum conformes diuisiones, eorumque, quae apud pontificios haud occurrunt, iusto loco mentionem facerem. Quae

inter proteſtantes et pontificios nomine, non vero indole, conueniunt, ibi explicaui, vbi vi eſſentiae proponi debebant, non vero vbi ius pontificium dicendi occaſionem iuri euangelico ſaepe parum concinnam praebet. Inſtituta pontificiorum ab euangelicis retenta, quorum tamen perpauca ſunt, ex hoc iure interpretatus ſum, et pontificiorum doctrinas, quantum iis opus fuit, illuſtraui, terminosque technicos, licet ad ius pontificium pertineant, quatenus vſum, ſaltim theoreticum, praebent, haud neglexi. Iurium euangelicorum rationes diligenter exhibui, vt contra diſſentientes defendi poſſint, et bellum cum aduerſariis, in primis pontificiis, contro-

trouersiarum iuridicarum intuitu, haud metuendum sit. Ritus vero pontificiae ecclesiae proprios praetermisi, quia vsum practicum euangelicae religioni addicto non praestant, et angustia temporis, qua praelectiones iuris ecclesiastici premuntur, caute obseruari debet.

Haec de *methodo*, quam sequendam mihi proposui, praefari, commodum duxi. Verum enim vero haud superuacaneum fore, existimo, si in eo adhuc sim occupatus, vt tibi, LECTOR BENEVOLE, reddam rationes de iis, quae *in ipsis legum allegationibus*, et in *partis practicae argumento*, in compendiis iuris ecclesiastici hucdum non pertractari solito,

ſingularia inuenies. *Primum circa allegata* monendum videtur, me, ſicubi legem ex corpore iuris canonico-pontificii excitauerim, ſimul ſcriptores pragmaticos laudaſſe, qui eiusdem legis auctoritatem in foris proteſtantium firment. Ratio huius inſtituti in promtu eſt, ſi quidem numerus eiusmodi legum ſine numero eſt, quae ob diuerſitatem conceptus eccleſiae et religionis dogmatum, quae Auguſtanae confeſſioni addicti et Romanenſes fouent, apud proteſtantes applicari nequeunt. Satis quidem difficilis fuit hic labor, attamen vtilis et in votis optatisque viri illuſtris, nunc beati IVSTI HENNING. BOEHMERI, cuius in iurisprudentiam eccleſiaſticam me-

merita omnem ſuperant laudem, qui in *praefatione primae iuris parochialis editioni praemiſſa* optimis munitus rationibus docet, obſeruantiam iuris canonici in dubio haud praeſumendam, ſed potius probandam eſſe. *Alterum*, quod *circa allegationes* in compendio noſtro obuias moneri poſſit, in eo conſiſtit, quod allegationem ordinationum eccleſiaſticarum lubens omiſerim, illos potius doctores laudauerim, qui ipſa verba eiusmodi conſtitutionum in Saxonia et extra eamdem latarum expreſſerunt. Id quod deliberato feci conſilio, atque approbantes conatum meum rationes haud contemnendas dabo. Quarum prior, quod in hisce ordinationibus iura prouincia-

lia

lia reperiantur; nobis vero principia iuris omnibus euangelicorum foris ecclesiasticis communia sistere cordi curaeque fuit. Eam sequitur altera: nimirum quilibet iurisprudentiae ecclesiasticae studiosorum in patriam redux factus leges ibidem constitutas facili negotio intelligere atque applicare poterit, si in principiis addiscendis debitam adhibuerit diligentiam. Reliquas, quarum haud paucae supersunt, rationes lubens omitto.

Ad *tertium* potius mea conuertitur oratio, quod contenta *partis practicae* respicit. Miraberis enim, LECTOR BENEVOLE, cur processus generatim, vti huc vsque in eiusmodi compendiis factum nosti,

ex-

explicatio, aut, inquam, delineatio non exhibita, et *elementa processus consistorialis* potius a me proposita sint. Quae me ad hoc institutum permouerunt rationes, sunt: quod studiosi iuris in praelectionibus digestorum et institutionibus practicis, vti appellari consueuerunt, vberiorem processus ciuilis explanationem percipiant, quam in scholis iuris ecclesiastici ob temporis rationem exspectare queunt: reliquis vero auditoribus, qui studio theologico se dicarunt, principia modi procedendi extra consistorium exiguam, quid? quod nullam adferre possint vtilitatem, quum alii iudicio, quam ecclesiastico in posterum vix subordinentur,

aut

aut aſſeſſores conſtituantur. Ordo autem in conſiſtoriis probatus nusquam, ne in collegiis quidem practicis, exponi ſolet; cuius tamen cognitio theologiae et iurisprudentiae cultoribus omnino expedit.

Hae ſunt rationes, quas tibi, LECTOR BENEVOLE, de inſtituto meo, in quo per quinque, et quod excurrit, annos, indefeſſam collocaui operam, reddere, meum eſſe putaui, quae te certum ſimul ac perſuaſum efficere poterunt, plures fuiſſe cauſſas, quae me induxerint, hoc iurisprudentiae eccleſiaſticae ſpecimen vt componerem, ac, quia calamo

id

id excipere auditoribus meis non moleſtum ſolum, ſed variis quoque ſcribentium erroribus expoſitum fuerit, in commodum eorum publici facere iuris non dubitauerim. Aſt quia communis errandi imbecillitatis probe ſum mihi conſcius, atque ex doctrinis euangelicorum cum pontificiis alibi vix ſeiunctis ſyſtema iurisprudentiae proteſtantium eccleſiaſticae ſiſtere, graue et difficile eſt negotium: hoc abs te, LECTOR CANDIDE, impetrari poſſe ſpero, vt ob ea, quae minus recte dicta fuerint; me illico haud condemnes. Fruere, LECTOR

CTOR BENEVOLE, his inſtitutionibus; mihi vero meisque conatibus fauere numquam deſinas. Quodſi enim abs te conſequi potero: vires meas eo dirigam, vt hiſtoriam ſpecialiſſimam, ſiue originem et fata ſingularum doctrinarum in hoc compendio pertractatarum, ad eiusdem ſeriem et vberiorem explanationem, conceſſa a ſummo numine vita et ſecunda valetudine, in lucem adſpectumque proferam. Vale. Ienae V. id. april. A. P. S. cIↃ IↃ CCLIIII.

PRAECOGNOSCENDORVM

IVRISPRVDENTIAE ECCLESIASTICAE

CAPVT I.

DE VARIO ECCLESIAE CONCEPTV

§. I.

Ecclesiae conceptus ex eius natura deducitur.

Determinatus modus deum colendi religio appellatur, *illustr.* DARIES *iur. nat.* §. 870. et *ecclesiam* praedicari de *coetu eorum, qui in eandem religionem consentiunt,* vsus loquendi vniuersalis firmat, si vox *ab ἐκκαλεῖν* deriuanda DV FRESNE *in glossario med. et inf. latin.* verbo *ecclesia*, in improprio significatu, de quo BOEHMER *iur. paroch. sect. I. cap. II.* §. 59. et DV FRESNE *cit. loc.* haud sumitur. Cum vero ad hunc coetum definitio societatis *laudat. Dn.* DARIES *ibid. praecognosc.* §. 17. omni-

no pertineat; sequitur, vt ecclesia inter *societates* et quidem *aequales* referri debeat, hocque ideo, quia consensus in religionem imperii expers, nisi, ob conuictionem; de perfectionibus diuinis, quam religio supponit, intellectum excludere coactionem externam, et deum absque violatione obligationum naturalium aliter coli haud posse, ac quis se conuictum putat, *ill.* DARIES *laudat. loc.* §. 873. in dubium vocare velis. Eam ob rem genuinus *ecclesiae* conceptus erit, quod sit *societas aequalis eorum, qui in eandem religionem consentiunt.*

§. II.

consectaria ex definitione ecclesiae.

Exinde, quod ecclesia sit *societas* (§. pr.) sequitur, vt 1) facta relatione ad ciuitatem *imperans eius coetus actiones externas ita moderari possit. ne per eum securitati ciuitatis derogetur*, quae moderatio *ius circa sacra* appellatur *ill.* DARIES c. l. §. 885. *seq.* FLEISCHER *geistliches Recht lib. I. cap. II.* §. 29. 2) vt ad finem sit obstricta, quae obligatio 3) inuoluit ius et obligationem ad media. Vtrumque 4) ob *aequalitatem* societatis (§. pr.) ab imperante qua tali expediri nequit. Quia denique 5) ecclesia supponit *consensum in determinatam religionem* (§. pr.) tot esse ecclesias, sequitur, quot sunt de-

determinatae religiones. Hoc *ius efficiendi, vt finis ecclesiae promoueatur in ecclesia constituta potestas ecclesiastica* item *iura collegialia* nominantur, *ill.* DARIES *c. l.* §. 887. et *schol.* ad §. 912. *conf.* 10. CHRISTOPH. BECKMANN *de iure subditorum circa sacra,* BREITHAVPT *de ordine in ecclesia obseruando* et BOEHMER. *diss. praelim. ad tom. I. iur. eccl. prot.* §. 8. *seq.*

§. III.

capita iuris principis circa sacra

Doctrina iuris naturalis *capita iuris circa sacra* (§. pr. n. 1.) exhibet. Vi huius princeps 1) ea *promouet*, quae ad *securitatem reipublicae* suscipiuntur, et 2) ea *impedit*, quae eidem *securitati repugnant.* Quod vt eo facilius fieri possit, 3) eorum *confirmationem* sibi sumit, quae vi potestatis ecclesiasticae ad membra ecclesiae pertinent. A quo iure circa sacra valde differt 4) potestas ecclesiastica in principem ab ecclesia, delata, quod, quia quilibet iura sua in alium transferre potest, omnino permissum, quid? quod saepe consilii est. Plura apud *illustr.* DARIES c. l. §. 910. et 914.

§. IIII.

et potestatis ecclesiasticae.

Vi potestatis ecclesiasticae (§. II. in fin.) membra ecclesiae 1) curant, vt constituatur *liber symbolicus*, quippe qui

 est

est *scriptum, qaod continet dogmata ecclesiae concorditer ab eius membris approbata,* 2) vt membra ecclesiae haec dogmata distincte cognoscant, *doctores ecclesiae* ad hunc finem perfecte obligant, 3) *formam, secundum quam cultus diuinus externus instituendus* seu *liturgiam ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. XIIII.* §. 227. determinant, et vt *litteris consignetur*, vnde *libri liturgici*, curant, 4) de *cerimoniis* seu *signis, quae inuitant, vt membra ecclesiae obligationibus suis conuenienter agant*, et 5) *signa determinant, quibus illi, qui dogmata ecclesiae pro veris haud habent, distinguantur ab iis, qui eadem profitentur.* Illi non sunt membra ecclesiae eius, quorum dogmata vera haud reputant, ideoque et iuribus membris illius ecclesiae propriis frui nequeunt. Horum iurium *denegatio* dicitur *excommunicatio*, quae vel *major* vel *minor*, prout omnibus vel quibusdam solum priuat. Denique 6) *congregationes* instituunt *ad ferendum suffragium de rebus ad ordinem ecclesiasticum pertinentibus*, quae *concilia* et *synodi* appellantur. Omnino conferas *ill.* DARIES I. N. *sect. VII. cap. II. tit. I. per tot.*

§. V.

quis sit membrum de-

Ex vltimo ecclesiae charactere, puta *determinata religione* (§. II. n. 5.) sequi-

quitur: 1) vt ille tantum sit membrum ecclesiae, qui eiusdem dogmata pro veris habet, id quod supponit, vt 2) per argumenta de veritate eorum conuincatur, NOODT *orat. de relig. iur. gent. ab imp. libera.* LVTHERVS *tom. II. Ien. fol.* 180. et QVISTORP *de propagat. fidei per ferrum et flammas*, et 3) imperantis imperium excludit BOEHMER *diss. praelim. de iure circa libertatem conscientiae, tom. II. iur. eccl. prot.* praeposita §. 16. sqq. nec tamen 4) cuidam permittatur turbatio eius, quod ad τὸ suum alterius pertinet, sub praetextu religionis suscipienda. BOEHMER c. l. §. 13. sq. BAYLE *de la tolerance vniuerselle, Anonymus tract. de libertate cogitandi*, NOODT *orat.* et TREVER *de iniuriis religionis colore exornatis.*

terminatae ecclesiae.

§. VI.

In Germania, cuius iura ecclesiastica hoc libro explicanda sunt, praeter 1) ecclesiam *pontificiam*, 2) *Euangelico-Lutheranam* per *tractationem Passauiensem de anno* 1552. *pacem religiosam de anno* 1555. et saluberrimam *pacem Guestphalicam de anno* 1648. publice approbatam esse nouimus, cui per posterioris *instrum. art. VII.* §. 1. addita est 3) ecclesia *Euangelico-Reformata*, ita tamen, vt

ecclesiae in Germania approbatae recensentur

duae posteriores respectu pontificiae *pro vna*, *instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 52. inter se vero *pro duabus* reputentur ecclesiis *ibid. art. VII.* §. 1. Verum enim vero nulla alia recipienda aut toleranda, *instr. pac. Osnabr. cit. art. VII.* §. 2. *in fin.*

§. VII.

distinguuntur per libros symbolicos

Hae tres approbatae ecclesiae, quia omnes agnoscunt veritatem scripturae sacrae, constituerunt libros symbolicos S. R. WALCHIVS *intr. in libr. symbol. eccles. Luther. lib. II. cap. I.* §. 2. sq. et SPENER *aufrichtige Vbereinstimmung mit der Augspurg. Confession p.* 82. De his notes velim, quod quidam libri symbolici ab vniuersa ecclesia agnoscantur, qui generales audiunt, quorum argumenta accurate enucleata in *Entwurff des heil. Roem. Reichs Kirchen-Staat part. II.* Quidam *libri symbolici continent explicationes dogmatum a quibusdam tantum approbatos*, qui *speciales* audiunt. *Conf.* S. R. BAVMGARTEN *Anhang zu denen Erleuterungen derer symbolischen Bücher.* Quorum specialium librorum symbolicorum caussa distinctas haud constituunt ecclesias, cum eadem dogmata diuersis modis probari possint. *Ill.* DARIES I. N. §. 188. *cor.* 3.

§. VIII.

§. VIII.

libri symbolici Euangelico-Lutheranorum

Generales Euangelico - Lutheranorum libri symbolici sunt 1.) *Augustana confessio*, quae 25. Iunii 1530. prodiit, S. R. WALCHIVS *cit. l. lib. I. cap. III.* 2.) subsequenti anno *apologia* publici iuris facta fuit, *ibid. cap. IIII.* 3.) *articuli Smalcaldici* 1538. impressi, *ibid. cap. V.* 4.) *vterque catechismus Lutheri*, qui 1529. iamiam editus, *ibid. cap. VI.* et 5.) *formula concordiae* 1577. quidem nota, anno 1580. autem impressa, *ibid.* cap. VII. licet a quibusdam haud agnita fuerit, S. R. BAVMGARTEN *Erleut. derer symb. Bücher sect. VI.* §. 111. Ex *specialibus* notatu dignum *corpus doctrinae* α) *Philippicum*, quod anno 1560. β) *Pomeranicum* anno 1564. γ) *Prutenicum* sequenti anno δ) *Thuringicum* anno 1570. nec non ε) *Iulium* anno 1576. publici iuris factum. *Conf.* BAVMGARTEN in *laudat. Anhang* §. 148. sqq.

§. VIIII.

Reformatorum et Pontificiorum

Ad *Reformatorum libros symbolicos generales* pertinent 1.) *catechismus Palatinus* siue *Heidelbergensis a Zacharia Vrsino* 1574. compositus, S. R. WALCHIVS *cit. loc. proleg.* §. 15. *not.***. 2.) *Confessio Belgica*, *ibid. eod.* neque non 3.)

decreta et canrnes synodi Dordracenae, histor. biblioth. Fabrician. part. II. pag. 359. cuius auctoritate omnes hi libri vim symbolorum consecuti sunt. *Confer. acta synodi nationalis Dordrechti habitae.* Nec desunt in hac ecclesia *speciales libri symbolici,* puta: α) *confessio tetrapolitana* nempe quatuor ciuitatum Argentorati, Constantiae, Memmingae et Lindauii anno 1530 imperatori exhibita, sed ab illo haud acceptata, β) *confessio Gallicana,* quae 1559. prodiit, γ) *Heluetica* de anno 1566. δ) *Brandenburgica* de anno 1625. et ε) *formula consensus Heluetica* de anno 1674. *Pontificiorum* autem *formulae* sunt: *a*) *canones concilii Tridentini* anno 1562. et seq. *sub Paullo III.* congregati, *b*) *professio fidei Tridentinae* a *Pio IIII.* anno 1564. publicata, et *c*) *catechismus Romanus* iussu *Pii V.* editus.

§. X.

Conceptus ecclesiae apud Pontificios.

Pontificii *ecclesiam* habent *rempublicam, in qua imperantes subditos cogunt ad cultum diuinum, quem imperantes pro vero habent.* Ecclesiam enim 1) ab imperio saeculari eximunt, THOMASIVS *histor. contention. inter imper.* et *sacerdot.* MORNAEVS *de mysterio iniquitatis* et PVFENDORFIVS *von der geistlichen Monarchie des Stuhls zu Rom,* 2) Pontifici suis con-

consiliariis, qui cardinales audiunt, munito vniuersalem potestatem vindicant, BOEHMER *ius eccles. protest. lib. III. tit. V.* §. 60. *seq.* RECHENBERG. *dissertat. de rat. stat. eccles. papaeae* et HILDEBRAND. *de hierarchia veter. eccles.* §. 67. seqq. 3) partem ecclesiae Pontifex subiicit episcopis, PETRVS DE MARCA *de concord. sacerdot. et imper. lib. VI. cap. I.* 4.) Cuilibet generi clericorum magistratus praesunt, qui praelatorum appellatione veniunt et, sicuti episcopi, sibi inuicem subordinati sunt, BOEHMER *cit. loc.* §. 62. 5.) reliqui doctores ecclesiae, respectu auditorum magistratus munere gaudent, RECHENBERG. *cit. dissertat.* et 6.) illud, quod ex genuino ecclesiae conceptu (§. I.) sequitur (§. II. seqq.) a pontificia ecclesia valde remotum est, THOMASIVS *cit. content.* et QVISTORP. *de propagat. fidei per ferrum et flammas*; nisi quod 7.) quaedam vmbra iuris circa sacra in Germania remanserit potestati ciuili, *de* LVDEWIG *de princip. iure circa sacra ante pacem religiosem per pacis Osnabr. instr. hinc. inde aucto.*

§. XI.

qui refutatur

Pugnat vero hic conceptus 1.) cum natura religionis (§. I.), 2) cum scri-

ptura sacra *Matth. XX*, 25-27. *Act. VI.* 2. *seqq. Rom. XVI*, 16. et alibi, *conf.* BOEHMER *iure eccles. antiqu. dissertat. ad Plin. et Tertull. VIII.* §. 8. seqq. 3.) cum exemplo Christi Io. VI, 15. et XVIII, 36. Luc. XII, 14. et apostolorum *Luc. XXII*, 25. 1. *Petr. V*, 3. *Act. VI*, 2-5. et 4.) cum doctrina primitiuae ecclesiae, AVGVSTINVS *lib. III. ad Crescent. cap.* 51. Plura testimonia reperiuntur apud GERHARDVM *de magistratu politico* §. 175. seqq.

§. XII.

definitio ecclesiae ex principiis Euangelicorum

Euangelico-Lutherana et Reformata ecclesia saniorem fouet doctrinam, dum definitionem ecclesiae, quam religionis natura sistit (§. I.) suam facit, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. proleg.* §. 39. Vindicant enim 1.) principi ius circa sacra (§. III.). FLEISCHERS *geistl. Recht lib. I. cap. II.* §. 29. *et cap. III. per tot.* et 2.) membris ecclesiae potestatem ecclesiasticam s. iura collegialia (§. IIII.), BECMANN *de iurib. subdit. circa sacra*, quae salua manent, licet princeps eandem religionem, quam membra ecclesiae, profiteatur, FLEISCHER *cit. cap. II.* §. 26. Hanc potestatem vel ipsa membra exercere vel eius exercitium principi vel aliis demandare posse, nihil

hil eſt, quod prohiberet. PVFENDORF. *de habit. relig. chriſtianae.*

§. XIII.

probatur principis Euangelici ius circa ſacra

Imperanti competit ius circa ſacra, (§. pr. n. 1.) quia 1.) ex principis notione ſequitur, GROTIVS *de iure ſummar. poteſt. circa ſacra,* 2.) ex principiis papatus fere exſtinctum ius circa ſacra (§. X.) iure poſtliminii recuperarunt principes Euangelici, *inſtr. pac. Osnabr. art. V.* §. 48. MVLLER *de reuiuiſcentia iuris epiſc. in terris poteſt. ſect. I. cap. II.* 3.) omni tempore imperantes hoc iure gauiſi, quod teſtatur de rebuspublicis α) Iudaica 2 *Reg. XII,* 7. 2. *Chron. XVIIII,* 8. *conf.* BRVNNEMANNVS *ius eccleſ. lib. I. cap. II.* §. 6. β) ethnicis RHETIVS *de iure ſtatuum imper. circa ſacra cap. I. n. 6.* LIVIVS *lib. I. cap. VIIII. in fin.* et VALERIVS MAXIMVS *lib. I. cap. I.* n. 12. et 13. γ) illis, quarum praeſules erant primi imperatores chriſtiani, quippe qui *a*) leges eccleſiaſticas tulerunt, *vid. tit. cod.* THEODOS. et IVSTINIAN. *de S. S. Trinit. de epiſcopis et alibi,* praeſertim in *nouellis,* et *b*) concilia conuocarunt, *teſte* HENRICO BINIO *concil. part. II. tom. I.* p. 483. et 533. SALMASIO *defenſ. regia lib. II. cap. VIIII.* et SOCRATE *hiſt. eccleſ. lib. V. cap. XVIII, ſeqq.*

seqq. δ) sub regibus Francorum STEPHAN. BALVZIVS *praefat. ad tom. I. capit.* §. 20. et LEHMANN *chron. Spirens. lib. II. cap.* 41. ε) in densissimo papatu vsque ad reformationis tempora vmbra iuris circa sacra superfuit, *de* LVDEWIG *de princ. iur. circa sacra ante pacem religiosam.*

§. XIIII.

conuenientia in doctrina de iure circa sacra

Ecclesiae in Germania approbatae in doctrina de iure circa sacra quodammodo conueniunt. Docent enim: 1) quicunque est princeps, ille gaudet iure circa sacra (§. X. n. 7. et §. *pr.*) 2) pontificii principes seculares ob conceptum ecclesiae, quem sibi formant, maximam partem pontifici et episcopis relinquunt, exiguam sibi reseruant, (§. X.) 3.) Euangelici principes praeter eam iuris circa sacra partem, quam pontificii saeculari potestati vindicant, omne id eidem tribuunt, quod romanenses imperantis ecclesiastici esse sibi persuadent (§. pr.) quatenus qualitas religionis imperium haud excludit (§. I.).

§. XV.

Imperatoris et imperii ius circa sacra

Imperator et imperium aequale exercet ius circa sacra in addictos religioni euangelicae et pontificiae. Nam 1) in Ro-

Romanenses sibi sumere nequit eam potestatem, quam ex principiis suae religionis imperanti ecclesiastico tribuunt (§. X.), maiorem vero potestatem in Euangelicos exercere nequit, *ill.* MOSER *Teutsches Staats-Recht part. III. lib. II. cap. XXVIII.* §. 2. *in fin.* 2) Imperator aduocatiam aequali modo administrat, *vid. instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 1. *capitul. augustiss. imperat.* FRANCISCI I, *art. I. conf.* SLEVOGT *de aduocat. imperat. ecclesiast.* §. 19. *seqq.* MVLDNER *de protectione ab imperat. eccles. vtriusque relig. debita*, quem complexum iurium circa sacra imperatori concessorum in *vniuersalem*, *generalem* et *specialem* distinguunt DD. BECK *de triplici aduocatia ecclesiast.* 3.) Ius eundi in partes in comitiis imperii, aequali ratione competit α) in caussis religionis, β) iis negotiis, vbi status tanquam vnum corpus considerari nequeunt, et γ) vbi Romano-catholici et Euangelici in duas partes eunt, siue a se inuicem dissentiunt, *instrument. pac. Osnabr. artic. V.* §. 52. *dissentit de* ICKSTATT *dissert. de caussis relig. iure maior. exceptis* §. 16. cuius iuris origo in comitiis Spirensibus quaerenda, MVLLER *Historia derer Euangelischen Staende protestation pag.* 57.

et

et SEKENDORF *Historie des Lutherthums lib. II. §. 55.*

§. XVI.

aequalitas intuitu iudiciorum et intuitu remedii extraordinarii.

Aequalitas quoque obseruatur 3.) in iudicio imperii aulico: nam in caussis diuersae religioni approbatae addictos spectantibus protestantium vota, licet minora numero, si coniuncta adsunt, eundem valorem habent cum reliquis, MVLDNER *de protectione ab imperat. eccles. vtriusque religion. debita* 4.) In camera imperiali inaequalitas ideo haud facile metuenda, quia in hoc illustrissimo iudicio adsessores praesentantur ab imperii circulis, KRESS *de iure praesentandi adsessores camerae cap. II.* Denique 5.) in caussis ecclesiastica iura spectantibus extra ordinarium repressaliorum remedium aequali modo competit, si ecclesia nullis mediis ordinariis ius suum consequi potuit. *Instr. pac. Osnabr. art. XVII.* §. 5. et 6. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit.* V. §. 98. LYNCKER *de iure repressaliorum et illustr.* MOSER *cit. loc. cap. XXV.* §. 6.

§. XVII.

Quinam praeterea iure circa sacra gaudeant.

Praeter imperatorem et imperium collectiue sumtum ius circa sacra exercere possunt omnes domini territoriales, instrum. pac.

pac. Osnabr. art. V. §. 29. *conf.* HENR. DE COCCEII *diss. de fundata in territor. potest. tit. II. seqq.* Eam ob rem iure circa sacra fruuntur 1) status imperii et 2) libra imperii nobilitas, quae illis in iuribus ad religionem pertinentibus aequiparata est *instr. pac. Osnabr. cit. art.* §. 28. vlterius, 2) pagis immediatis *cit. art.* §. 2. *conf.* WEBER *de iure circa sacra pagorum immediatorum.* Neque non 4) possessores territorii oppignorati, quippe qui iure Germanico pro dominis reputantur GVNDLING *de iure oppignor. territor.* et STRAVCH. *de oppignor. imper.* ita tamen, vt facta reluitione dominium et ius circa sacra reuertatur *instr. pac. Osnabr. cit. loc.* §. 28. denique 5) possessoriis territorii dubii, ibid. §. 43. exclusis omnibus aliis qualitatibus, *ibid.* §. 42. 44. et 46.

§. XVIII.

Dicendorum series

Euangelici domini territoriales non solum omne illud ius circa sacra in subditos suos exercent, quod pontificiis saecularibus competit; sed potestate quoque gaudent, quae pontificio domino territoriali ob conceptum ecclesiae, quem sibi fingunt (§. X.) tribui nequit (§. XIIII.). Qua de re 1) de iure circa sacra dominis territorialibus

libus pontificiae et euangelicae religioni addictis communi sermo erit; deinde 2) de eo, quod his singulariter competit. Illud indistincte exercerunt in subditos, qui eandem, et eos, qui aliam, quam princeps, profitentur religionem. Posterius ius circa sacra a dominis territorialibus euangelicis in subditos cuiuscunque religionis *instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 48. non aeque a Pontificiis dominis saecularibus, neque in subditos suae religionis, neque in eos, qui euangelicae religioni addicti sunt, adhibetur: illi enim episcopo et pontifici (§. XIIII. n. 2.), hi proprio consistorio aut episcopo horum iurium intuitu sunt subordinati. *Ibid. eod.* et HENNIGES *ad cit.* §. *pag.* 722. et *ad* §. 31. *pag.* 534.

§. XVIIII.

ius reformandi in Germania limitatum est.

Quantum ad illud ius circa sacra attinet, quod dominis territorialibus pontificiae et euangelicae religioni addictis *aequali ratione* competit (§. *pr.* n. 1.) huc fere pertinet unice *ius reformandi*, seu *facultas principis declarandi, cuinam ecclesiae et sub quibus limitationibus eidem exercitium religionis relinquere securitati reipublicae consentaneum putet*, *instrum. pac. Osnabr. art. V.* §. 30. *conf.* BOEHMER *de tolerantiae religiosae* effe-

effectibus ciuilibus. Quia vero hac facultate abusi sunt Germaniae principes haud pauci; HENNIGES *ad instr. pac. art. V.* §. 31. *pag.* 535. *seq. b.* BVDDEVS *diss. de concordia relig. stat. ciu.* et *eiusd. theol. moral. part. II. cap. III. sect. VII.* §. 21. *in not.* non solum subditi cum principibus pacta celeberarunt, quibus abusibus metuendis praecauebant, aut priuileqia eum in finem obtinuerunt, *conf. Ill.* MOSER *diss. de pact. et priu. circa relig.* quae variis synonymicis gaudent nominibus, IDEM *cit. loc.* §. 3. Sed magis illud ius per instr. pac. Osnabrug. restrictum est. Quibus limitationibus tamdiu standum, donec consentiant in abrogationem illi, qui ius quaesitum inde obtinuerunt, *instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 31. *conf. Ill.* ENGAV *elem. iur. canon. proleg.* §. 73. WIESENHAVERN *von Kirchen-Staats-Recht pars II. cap. IIII.* §. 11. De pactis et priuilegiis hoc in compendio sermo esse nequit, quia eorum valor ad territorium semper restrictus, vbi stabilita.

§. XX.

differentia intuitu exercitii religionis et ecclesiae, cuius

Restrictiones iuris reformandi, quas pax Guestphalica posuit, intelligi nequeunt, nisi notetur 1) differentia intuitu gradus libertatis religionem exer-

 cen-

exercitium determinatur. cendi. Si enim *exercitium nullis limitibus solennitatum et loci intuitu inclusum publici*; *si finis et modus formae externae positus, ita tamen, vt ministris ecclesiae intra territorium vti possint*, priuati; *si nequidem his personis in illo territorio frui licet*, domestici appellatione venit, *Ill.* MOSER *de exercit. relig. domestico* §. 15. HENNIGES *medit. ad instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 31. *p.* 532. *seq.* et DITHMAR *de anno decret.* §. 10. 2) intuitu ecclesiae, cuius exercitium determinare vult dominus territorialis. Aliter enim ius reformandi comparatum *α*) si de tribus ecclesiis in Germania approbatis (§. VI.) sermo est, aliter *β*) si de reliquis, quae reprobatae sunt, quaestio oritur. De his primo loco nobis agendum.

§. XXI.

ius reformandi eccles. reprobatas. *Ecclesiae haud approbatae* in Germania 1) omnis tolerantia denegari potest, nec tamen 2) prohibitum, quo minus eidem concedatur religionis exercitium, THOMASIVS *ad Monzambanum de statu imp. German. cap. V.* §. 12. *lit.* r. TITIVS *iur. priuat. lib. I. cap. XIIII.* §. 19. STRVV. *de Iudaeis* §. 6. et WILDVOGEL *de Iudaeor. recept. ac toler. th.* 3. quod praxis multorum locorum, vbi Iudaei, Anabaptistae, Mennonistae et Sociniani toleran-

lerantur, satis docet, HENNIGES *ad instrum. pac. Osnabrug. art. VII.* §. 2. *pag.* 866. modo 3) his ecclesiis publicum suae religionis exercitium (§. *pr.*) haud concedatur, *instr. pac. Osnabr. art. VII.* §. 2.

§. XXII.

limitationes iuris reformandi ecclesias approbatas.

Sequitur ius reformandi circa *ecclesias approbatas* (§. XX. *lit.* α), vbi plures restrictiones notandae sunt. Nempe 1) illi, qui iure circa sacra gaudent (§. XVII.) nondum harum ecclesiarum intuitu reformare semper possunt: nam α) *debitor territorium oppignoratum reluens* ei ecclesiae exercitium religionis prohibere nequit, quae illud sub priori possessore obtinuit, *instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 27. neque β) *possessor territorii controuersi* (§. XVII. n. 5.) ecclesiae exercitium religionis, quo hactenus gauisa fuit, auferre potest, *ibid.* §. 43. 2) Ius reformandi ecclesiam approbatam ad statum anni decretorii restrictum est, *ibid.* §. 31.

§. XXIII.

Anni decretorii definiti.

Annus decretorius seu *criticus*, item *regulatiuus*, est *terminus*, ex *quo ius reformandi domini territorialis intuitu alterius ex duabus ecclesiis approbatis, extra*

terras domus Austriacae hereditarias, *diiudicandum est*. Quantum attinet 1) ad *terminum*, notes, velim, quod *α*) inter Euangelico-Lutheranos et Pontificios, neque non inter hos et Reformatos *extra Palatinatum* sit annus cIↄ Iↄ CXXIIII. *in Palatinatu* vero annus cIↄ Iↄ CXVIII. *conf. instr. pac. Osnabr. art. V*. §. 31. *seq*. *β*) si actus possessionis *continuus* est, ad *primum Ianuarii* decretorii anni respicitur; si *discontinuus* vero, *integr. annus*, HOFFMANN. *de die critico* §. 45. *seq*. dissentit BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V*. §. 128. *seq*. Annus decretorius 2) spectat *duas* religiones approbatas (§. VI. n. 3.), quia utriusque huius ecclesiae tantum mentio fit in instrumento pacis Guestphalicae, vbi de termino critico sermo est, nusqnam vero *α*) inter Euangelico-Lutheranos et Reformatos talis terminus criticus fuit constitutus, *Ill. Dn*. ENGAV *element. iur. eccl. proleg*. §. 81. n. 2. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. I*. §. 79. et 81. *conf*. S. V. FRESENII *Abwiegung derer Gründe, ob man den Reformirten eine Kirche in der Stadt Franckfurt erlauben solle, mit Anmerkungen* 1751. *cap. II*. §. *III. not*. 4. Neque *β*) annus decretorius ad eam ecclesiam pertinet, quae est eiusdem religionis, cui ipse dominus territorialis addictus,

BOEH-

BOEHMER *cit. loc. lib. III. tit. V.* §. 131 et *lib. V. tit. VII.* §. 214. In definitione anni decretorii 3) dicitur, quod *extra terras hereditarias domus Austriacae* ſpectetur: hae enim terrae in *instrum. pac. Osnabr. art. V.* §. 41. exemtae ſunt.

§. XXIIII.

Iura reformandi ab hoc anno decretorio dependentia.

Denique 4) ex eadem definitione patet, quod *ius reformandi ab hoc termino critico dependeat.* Etenim ſtatus anni decretorii obſeruari debet 1) licet eccleſia tunc temporis iure reuocabili gauiſa fuerit, BOEHMER *iur. eccl protest. lib. I. tit. I.* §. 82. 2) ne approbatis quidem eccleſiis religionis exercitium concedi poteſt, niſi ſaluis eius eccleſiae iuribus, quae in anno decretorio in poſſeſſione fuere, *instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 32. 3) Pontificiis *publicum* ſuae religionis exercitium permitti nequit, vbi in anno decretorio eo deſtituti fuere, BOEHMER *cit. loc.* §. 75. et 76. quia ita comparatum, vt ſemper offendiculo ſit Euangelicis, BOEHMER *ibid.* a qua ratione diſſentit FLEISCHER *KirchenRecht lib. I. cap. III.* §. 73. 4) *ſimultaneum* religionis exercitium introduci nequit, quippe quod eſt *rerum eccleſiaſticarum composſeſſio, quae in anno decretorio locum non inueniebat,* BOEHMER *iur. eccl.*

 prot.

prot. lib. I. tit. I. §. 77. consequenter neque templa vnius ecclesiae collapsa in vsum alterius nouiter exstrui queunt, neque finito religionis exercitio in aedibus sacris ab vna ecclesia instituto alteri ecclesiae in iisdem religionis exercitium concedi potest, FLEISCHER *diss. de iure reformandi* §. 42. 5) approbatae in Germania ecclesiae illud exercitium, quo in anno critico destituta erat, denegari et subsequentibus temporibus concessum, auferri potest, *instr. pac. Osnabrug. art. V.* §. 36. modo *α*) ecclesiae approbatae addictis domesticum (§. XX.) semper permittatur, *ibid.* §. 34. *β*) Lutherano a principe reformatis ciuibus, et reformato principe Lutheranis ciuibus exercitium semel concessum haud adimatur, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. proleg.* §. 81. n. 2. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. I.* §. 79. n. 2. *b.* BECK *de emigrat. ciuium relig. caussa facta* §. 31. *γ*) eis, quibus denegari potest exercitium hactenus vsitatum, priuilegia in pace Guestphalica concessa relinquantur, *instrum. pac. Osnabrug. cit. loc.* §. 36. seq.

§. XXV.

Emigrationis conceptus.

Emigrationis seu *exitus e ciuitate, quo amittuntur iura ciuitatis*, ratio consistere

ſiſtere poteſt in denegato religionis exercitio (§. pr.). Quibus adimitur hoc exercitium, vel *nolunt manere in illa ciuitate, in qua antehac erant ſubditi,* vel *nequeunt ob iuſſum imperantis* (§. XVIIII.). Illa eſt emigratio *voluntaria*, haec *neceſſaria.* In vtraque ꝛc. ſuum emigrantium ſaluum manere debet. Eum in finem 1) licentiam redeundi habent emigrantes *inſtr. pac. Osnabr. art. V.* §. 36. 2) bona alienare aut retinere valent, *ibid.* 3) haud transplantandi ſunt, *Ill. Dn.* ENGAV *program. an ciues relig. cauſſa emigraturi transplantari poſſint;* diſſentit ICKSTADT *de iure ſtatuum imper. transplantandi ſubditos.* 4) gabella detractionis in odium emigrantium introduci et augeri nequit, SIMON *de iure emigrandi cap. I. th.* 3. *n.* 7. et SCHROETER *de gabella detract.* §. 25. 5) tranſitus per aliorum territoria haud denegandus eſt emigrantibus, SIMON *cit. l. cap. III. th.* 3. *n.* 1. neque 6) manumiſſio, ſi domino ſoluitur pecuniae ſumma aequitati et conſuetudini conſentanea, *inſtr. pac. Osn. art. V.* §. 37. *in fin.* multo minus 7) teſtimonia legitimae natiuitatis, manumiſſionis, honeſtae vitae, opificii, et quae ſunt reliqua huius commatis, *ibid.* Denique 8) a tempore, quo permiſſa aut iniuncta eſt emigratio, vel triennium vel quin-

diuiſio et priuilegia.

quennium relinqui debet emigrantibus, prout post annum initae pacis Guestphalicae demum consecuti sunt religionis exercitium, aut illo anno eodem gaudebant, *ibid.*

§. XXVI.

Ius circa sacra euangelicis dominis territorialibus proprium

Ordo tangit ea *iuris circa sacra capita, quae dominis territorialibus euangelicis unice competunt* (§. XVIII. n. 2.). Quia princeps actiones societatis ecclesiasticae in securitatem reipublicae determinare debet (§. III. n. 1. 2. et 3.) BOEHMER *de tolorantiae religiosae effectibus ciuilibus cap. II.* §. 16. *seqq.* sequitur, vt eum in finem valeat 1) leges ferre, WIESENHAVERN *Kirchen-Staats-Recht part. II. cap. IIII.* §. *6.* 2) iudicia constituere, quae curent, vt his legibus conuenienter agatur, *ibid.* §. 3. 3) controuersias securitati publicae nociuas decidere, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. I.* §. 31. *seqq.* KEMMERICH *diss. de iure princip. circa dogmata fidei*, 4) exigere bona ecclesiae superflua ad onera reipublicae necessaria ferenda, RHETIVS *tr. de secularisat.* et MAVRITIVS *diss de seeularisat. bonor. eccl.* WIESENHAVERN *cit. l. part. I. cap. III.* §. *6.* 5) impedire, ne modus et locus sepulturae securitati sit nociuus, THOMASIVS

SIVS *de iure princ. circa solennia sepulturae* §. 13. et quae sunt reliqua.

§. XXVII.

Quando iura collegialia transferri soleant in principem

Iura collegialia (§. II.), quae apud Protestantes membris ecclesiae competunt (§. XII. n. 2.) si ea excipiuntur, quae ad intellectum pertinent (§. I.), *in principem transferri possunt* (§. III. n. 4.); et quia princeps finem ecclesiae auctoritate sua facilius promouere potest, quam si vniuersum coetum ideo conuenire oporteret, immo voluntate haud destituetur princeps, si eam pro vera habeat; sequitur, vt collegium ecclesiasticum, cui salus sua curae cordique est, principi eidem religioni addicto haec iura collegialia relinquat, quod his sub limitationibus inter Protestantes praxis firmat. Intuitu ecclesiarum vero, quarum membrum princeps haud est, ob deficientem praesumtionem animi promouendi finem, contraria experientia habet locum. Ex quo explicari potest qualitas coufoederatae ecclesiae in prioribus noui foederis saeculis, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. II.* §. 85. et *lib. V. tit. XXXVII.* §. 28 *seq.* et plenius *in dissert. eccles. ad Plinium Secundum et Tertull. dissert. III. de confoederata ecclesiarum disciplina;* cur Prote-

stantes, vbi imperantibus pontificiae religioni addictis subordinati sunt, vsque ad nostra tempora sibi componant constitutiones ecclesiasticas, quod de Reformatis in Gallia testatur BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. II.* §. 98. et de praxi Germaniae *id. ibid.* §. 100.

§. XXVIII.

Quid princeps exerceat, si iura collegialia in eum translata.

Vbi societas ecclesiastica iura collegialia expresse aut tacite in principem transtulit (§. praec.), ibi vel *integra eidem reliquit*, vel *partem sibi reseruauit.* Si prius factum, dominus territorialis 1) condit ordinationes ecclesiasticas, quibus actiones liberae in salutem ecclesiae determinantur, BOEHMER *iur. eccl. prot. diss. praelim. ad tom. I. de suprema lege eccles.* §. 14. et *lib. I. tit. II.* §. 82. *seqq.* 2) controuersias de dogmatibus ecclesiae eiusdem fini contrariantes ita decidit, vt docenda, non vero credenda (§. I.), praescribat, STRYK *diss. de epistalm.* CLERICVS *in select. biblioth. tom. XXVII. art.* 2. LVDOVICI *differt. de imposit. silentii* et BOEHMER *iur. public. vniuers. part. special. lib. II. cap. V.* §. 50. *id. cit. iur. eccl. prot. lib. I. tit. I.* §. 50. 3) ritus introducit et abrogat, BOEHMER *diss. de iure liturgico cap. II.* §. 20. et *iur. eccl. prot. lib. II. tit. VIIII.* §. 4. *seq.* nulla ad-

admissa distinctione, vtrum sint, vniuersales, an particulares; superstitiosi, nec ne, *August. confessio art. XV.* SOCRATES *hist. eccles. lib. V. cap.* 21. et IOAN. ANDR. SCHMID. *histor. festor. et dominicar.* vnde ius disponendi circa diem sabbathi, si salus ecclesiae suadet, deriuandum. STRYK *diss. de iure sabbathi cap. II.* §. 6. et BOEHMER *iur. eccles. antiq. ad Plin. Secund. et Tertull. diss. I. de stato Christianorum die: dissent.* SEELIGNANN *de iis, quae a non nemine circa recept. doctrin. de sabb. in dubium vocata*, et alii. Argumenta ex vtraque parte militantia collegit IOAN. GEORG. ABICHT *diss. de sabb. Christian.* et *diss. de lege sabb.* FECHT *in exercit. de sabb.* et LYNCKER *in not. ad* HVBERI *ius ciuit. lib. I. cap. V.* §. 4.

§. XXVIIII.

Continuatio.

Ad promouendam salutem ecclesiae principi, in quem iura collegialia translata (§. XXVII.), vlterius curae cordique est, vt 4) *corrigantur mores fini ecclesiae repugnantes*, quae correctio *disciplina ecclesiastica* appellatur, et principem obligat, vt de mediis coercendi disponat, BRVNNEMANN *iur. eccl. lib. I. cap. VI. membr. VIIII. per tot.* et STRYK *in not. ad illud membr.* BOEHMER *ius paroch. sect. cap. II.* §. 62. 5) ecclesia ha-

habilibus ministris ecclesiae gaudeat, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. proleg.* §. 49. n. 3. BOEHMER *cit. loc. sect. III. cap. I.* §. 56. et *sing. diss. de iure princ. circa ministror. dimiss.* 6) bona ecclesiastica rite administrentur, BOEHMER *diss. de administrat. bonor. eccles. cap.* I. §. 6. 7) synodi, si e re ecclesiastica putat, conuocentur et dirigantur, CARPZOV. *iur. consist. lib. I. def.* 5. BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. I. tit. II.* §. 119. *ad fin.* STRYCK *ad* BRVNNEM. *iur. eccles. lib. I. cap. VI. membr. XII.* §. 6. verb. *ius conuoc. synod.* et reliqua ad finis ecclesiae promotionem pertinentia haud negligantur.

§. XXX.

Si ecclesia quaedam iura collegialia sibi reseruauit.

Quod si ecclesia partem iurium collegialium sibi reseruauit (§. XXVIII.), quod fere vbique factum vidimus: tunc seruata iura aut 1.) ipsum collegium integrum, aut 2.) per eos, quos collegium hunc in finem constituit, exercet, aut 3.) iura collegialia in quendam transtulit, qui eius coetus princeps non est. Vniuersus coetus rarius iura collegialia exercet, ob difficultates, quae ex concursu plurium personarum circa exercitium iuris cuiusdam oriuntur. Si vero accidit, pluralitatem

tem votorum, si de credendis haud sermo est (§. I.), obseruandam esse, nemo diffitebitur.

§. XXXI.

Natura presbyterii et iuris patronatus.

Si iura collegialia in principem haud translata a quibusdam exercentur nomine, ecclesiae (§. praec. n. 2.); hoc collegium dicitur *presbyterium*, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. I. tit. XXIIII.* §. 33. De hoc notes velim: 1.) plura presbyteria in et extra Germaniam ad nostra vsque tempora obuenire, eorum iura 2.) a constituentibus dependere, ideoque diuersa esse, *conf.* BOEHMER *cit. loc.* §. 22. ad §. 33. *Preussische Presbyterial-Ordnung de anno* 1713. in *Ill.* MOSERI *corp. iur. eccles. euangel. tom II. p.* 1069. *seqq.* Denique *complexus iurium collegialium in tertium a domino territoriali distinctum translatorum* (§. pr. n. 3.) *iura patronatus* appellantur; vnde simul patet, quis *patronus* audiat. Aliorum DD. conceptus recenset BOEHMER *cit. loc. lib. III. tit. XXXVIII.* §. 4.

§. XXXII.

Primus iuris patronatus character explicatur.

Ius patronatus iurium collegialium complexum esse, diximus (§. pr.): consequenter 1.) ea vi huius iuris expediuntur, quae ad promouendum finem eccle-

ecclesiae pertinent (§. II.), 2) vel *complexum omnium iurium collegialium* inuoluit, vel *quorundam*, vnde *plenum* et *minus plenum* ius patronatus oritur, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II.* §. 396. 3.) ille, qui ius patronatus gerit, quum ecclesiae tantum vtilitatem conferat, singulari honore dignus, vnde *iura* patronorum *honorifica*, quo pertinet, quod α) patroni mentio fiat in precibus publicis, ZIEGLER *de iure maiestat. lib. I. cap.* 17. §. 4. et CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 259. n. 13. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXVIII.* §. 128. seqq. β) locum in choro occupet, BOEHMER *cit. l.* §. 139. γ) luctus publicus patroni eiusque familiae caussa in ecclesia instituendus, BRVNQVELL. *diss. de iure patron. honorif. et vtili.* BOEHMER *c. l.* §. 136. et δ) in ipso ecclesiasterio sepeliendus sit, BOEHMER *c. l.* §. 140. Reliqui honores, quos Pontificii patronis tribuunt, principiis euangelicae religionis contrariantur, ideoque apud Protestantes extra vsum, BOEHMER *c. l.* §. 122. 4.) ex eodem iuris patronatus charactere, nempe iuris collegialis s. obligationis ad promouendum finem ecclesiae (§. II.), sequitur, vt sit obligatus ad media, quae impensas requirunt; vnde *iura* patronatus

natus *onerosa, Ill Dn.* ENGAV *cit. l.* §. 395. quorum caussa 5.) patroni percipiebant varia emolumenta et reditus, quae *iurium* patronatus *vtilium* appellatione veniunt, BOEHMER *c. l.* §. 40. n. 2. et 141. seqq. Ex quo vero hos reditus sibi appropriauit ecclesia, nec onera tulerunt patroni, FINCKELTHAVS *de iure patron. cap. VI.* VNRATH *de iure patronat.* aliique.

§. XXXIII.

Alter iuris patronatus character.

Ius patronatus supponit translationem iurium collegialium (§. XXXI.). Hanc translationem 1.) eodem modo, vti in aliis iuribus transferendis accidit, institui posse, nullus dubitabit: 2.) et quia fundatori ecelesiae omni iure conceditur ius patronatus, teste *de* LVDEWIG *de nominatore haeretico ad parochiam cap. III.* §. 1. *not. t.* inter *eiusd. opusc. tom. II. lib. III. op. II.,* hoc ius probatum est ab eo, qui euincit, se aut maiores suos esse fundatores, qualis probatio instituitur *α*) ex instrumento fundationis ecclesiae authentico, VNRATH *de iure patron. membr. II. th. 2. seq.* β) ex gentilitiis vel collegii cuiusdam signis, a primo fundationis ecclesiae tempore in lapideos illius parietes incisis, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.*

lib. II. §. 397. n. 2. γ) ex litteris consecrationis vel destinationis, in quibus probantis tamquam fundatoris fit mentio, *id. ibid.* n. 3.

§. XXXIIII.

De vltimo iuris patronatus charactere.

Diximus in iure patronatus, transferri iura collegialia in tertium, qui princeps non est (§. XXXI.). Hoc subiectum iuris patronatus 1) vel res est, vel persona: priori in casu dicitur reale, posteriori vero personale, *Celeb.* PERTSCH *comp. iur. eccl. part. I. §.* 875. n. 2., quae duae species in effectu ita differunt, vt α) reale in dubio praesumatur, quia longe frequentius personali, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit.* XXXVIII. §. 107. β) personale, prout gentilitium, vel hereditarium est, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. §. 388. n. 4. vel in descendentes masculos adquirentis, vel in eiusdem heredes cuiuscunque generis transferatur, BOEHMER *cit. loc.* §. 106. et 119. reale in quemcunque successorem siue vniuersalem siue singularem rei, cui cohaeret, transeat, consequenter in eius rei heredem, emtorem, creditorem antichreticum, vsufructuarium, conductorem, sequestrem, et sic porro, BOEHMER *cit. loc.* §. 109. ad §. 118. *et* STRYK

ad

ad BRVNNEMANN. *ius. eccles. lib.* II. *cap.* VIII. §. 13. *seqq.* 2) Intuitu status, quem ille habet, qui ius patronatus exercet, vel ecclesiasticum, vel laicale appellatur, BRVNQVELL. *diss. de diuerso patron. eccles. et laicalis iure* §. 6. *et* 11.

§. XXXV.

Si plures iure patronatus gaudent.

Denique 3) ad *numerum* eorum respiciendum, qui ecclesiae intuitu iure patronatus gaudent. Si enim plures concurrunt patroni, *α*) diuidere possunt iura collegialia, ita, vt vni haec pars, alteri alia assignetur, *de* LVDEWIG *de nominatore haeretico ad parochiam cap.* III. si hoc non placet, et *β*) plures illi patroni iure collegii fruuntur, maior pars respectu totius collegii attenditur, BRVNNEMANN. *c. l.* §. 18. *γ*) si iure collegii carent, et reale habent ius patronatus, quilibet pro rata rei, cui cohaeret ius patronatus, in exercitio iurium collegialium attenditur, BOEHMER *cit. l.* §. 71. quodsi *δ*) sit ius patronatus personale, heredes, qui in capita successerunt, aequaliter exercent, licet inaequales portiones hereditarias obtinuerint, qui in stirpes vel lineas defuncto successere, curiatim concurrunt in exercitio huius iuris patronatus. Denique si *ε*) vota patronorum sunt ae-

qualia, fors suffraganea in subsidium adhiberi potest, BOEHMER *c. l.* §. 73. *seq.* et *de* LVDEWIG *de sorte suffragatoria ecclesiae*, inter *eiusd. opusc. tom. II. lib. III. op. III.*

§. XXXVI.

Modi amittendi ius patronatus.

Amittitur ius patronatus 1) vti alia iura, 2) modis iuri patronatus propriis. Priuatur enim patronus omnibus iuribus collegialibus, *α*) si patronus factus est infidelis aut haereticus, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib. II.* §. 399. n. 3. *β*) si ecclesia ab infidelibus occupata, FINCKELTHAVS *de iure patronat. cap.* 7. Contra si patronus iure quodam collegiali vel plane non vtitur, vel haud legitimo tempore aut modo, tum illam partem iuris patronatus in praesenti tantum amittit, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. III. tit. XXXVIII.* §. 95. seqq.

CAPVT. II.
DE
CONSTITVTIONE IVRISPRVDENTIAE ECCLESIASTICAE.

§. XXXVII.

Definitio legis, iuris et

Lex *positiua* nobis est *norma imperantis, secundum quam actiones subditorum insti-*

instituendae sunt, quae prout *expressa*, aut *tacita imperantis voluntate*, *ex factis subditorum vniformibus inducta*, constat, *expressa*, vel *tacita* seu *consuetudinaria* appellatur. Vlterius ratione *causae impulsiuae* lex dicitur *edictum*, si *motu proprio fertur*; si vero *ad preces et quidem litigantium*, *decretum* aut *consultantis rescriptum* appellatur. *Lex* vero fit *ecclesiastica*, si *societatem ecclesiasticam respicit*. *Harum legum complexus* reddit *ius ecclesiasticum*, et *scientia has leges interpretandi et ad facta obuenientia applicandi iurisprudentia ecclesiastica* nominatur. Eius pars prior dicitur theoretica; altera, nimirum facultas leges ad facta occurrentia applicandi partis practicae nomine venit.

iurisprudentiae ecclesiasticae.

§. XXXVIII.

Interpretatio legis instituitur (§. pr.), dum *sensus legis determinatur*. Hoc fit vel *per declarationem imperantis expressam*, vbi *authentica*, vel *per consuetudinem*, vbi *vsualis*, vel *per regulas hermeneutices*, vbi *doctrinalis* oritur interpretatio. Vbi ex declaratione imperantis de sensu legis haud constat per authenticam vel vsualem interpretationem, demum opus est doctrinali. In hac sensus eruitur, si 1) in sensum gramma-

Interpretationis definitio et divisiones.

ticum legis, quatenus dubius est, inquiritur, et 2) in *rationem* seu *in vim et potestatem*, siue *in complexum actionum liberarum*, *quas illa lege determinare voluit eius auctor.* Hic *complexus actionum determinatarum* si *latius se extendit*, *quam verba extensiua*; si *strictius*, *restrictiua*; si *cum verbis pari passu ambulat*, *declaratiua* existit interpretatio.

§. XXXVIIII.

Applicationis species.

Ad iurisprudentiam quoque pertinet, vt leges satis intellectae ad facta applicentur (§. XXXVII.). Quae facta vt applicans sufficienter habeat cognita atque perspecta, natura rei suadet. Applicatio redditur *mediata*, vel *immediata*, prout *cognitio facti singularem artis*, *peritiam*, *quae applicantem latet*, supponit, vel vt *peritus in arte ab applicante adhibeatur*, *haud requirit.*

§. XXXX.

Status legalis duo capita.

Constitutio et mutatio iuris ecclesiastici vberius haurienda ex scriptoribus historiae huius iuris, quos recenset *Vir Illustris* BVDER *biblioth. iuris cap. XV. §. I.* Hoc ignorari non licet, quod status legalis apud Pontificios alius sit, quam apud Protestantes. Ecclesia Romano-catholica gerit reipublicae formam

mam (§. X.); ideoque imperantes in illa republica facultate leges ecclesiasticas condendi gaudent. Euangelici ecclesiam habent societatem principi subordinatam (§ XII); consequenter dominus territorialis societatibus ecclesiasticis, quae in eiusdem terris reperiuntur, leges ecclesiasticas praescribit (§. XXVI. n. 1.). Statum legalem inter Pontificios primo loco, dninde eum apud Protestantes delineare volumus.

§. XXXXI.

Quid in statu lagali Pontificiorum distinguendum?

Quantum ad Pontificios attinet (§. pr.); ibi leges fert 1) *pontifex* in vniuersa ecclesia valituras, quia totius reipnblicae ecclesiasticae imperans (§. X. n. 2.): 2) *quilibet imperans* in parte ecclesiae eius potestati subiecta (§. eod. n. 3.): 3) *episcopus Romanus*, si totius ecclesiae imperantes congregatos habet, siue *in conciliis oecumenicis* seu *vniuersalibus*, item *generalibus*, toti ecclesiae normam agendi praescribit: 4) quilibet partis ecclesiae princeps stipatus imperantibus sibi subordinatis, qui *concilia particularia* seu *specialia* efficiunt, leges ferunt, quarum auctoritas ad illam reipublicae partem restricta. Illae *normae, quae a singulis imperantibus feruntur, leges ecclesiasticae in specie*; quae

in conciliis conduntur, *canones* appellantur, et quidem *in specie tales*, si *disciplinam respiciunt*; *symbola*, si *formulam fidei determinant*; denique *sententiae*, si *de personis ecclesiasticis ferunt iudicium*, *Ill.* DN. ENGAV *elem. iur. eccl. proleg.* §. 86.

§. XXXXII.

Collectiones legum a singulis imperantibus conditarum.

De iure, quod a *singulis imperantibus* constitutum, primo loco sermo erit (§. pr. n. 1. et 2). Omissis iis legibus, quae eos principes, quibus pars reipublicae ecclesiasticae demandata est, agnoscunt auctores (§. pr. n. 2.), quia vniuersam Germaniam stringere haud potuerunt, earum constitutionum paucis fiat mentio, quae a Pontifice latae sunt (§. *cit. n.* 1.). Quantum ad eas collectiones, quae Germanis haud ponunt agendi normam, remitto lectorem ad *Ill. Dn.* BVDERVM *in biblioth. iur. cap. XV.* §. 8. *seqq.* et STRVVIVM *in hist. iur. cap. VIII.* §. 637. *seqq.* Quae vero auctoritate legali pollent, sequentes sunt collectiones, puta 1) RAYMVNDI *de* PENNAFORTI *capellani et poenitentiarii* GREGORII VIIII *pontificis*, circa annum 1230. sub titulo *decretalium* publici iuris facta, *conf.* ZIEGLERI *dissert. de orig. et increm. iur. can.* eiusd. *iur. canon. praemissa* §. 52.

52. Animus collectoris fuit *compendium ex collectionibus decretalium sistendi, teste* PONTIFICE *in praef. huic compilationi praemissa.* 2) GVILIELMI *archiepiscopi Ebordunensis,* qui *librum sextum decretalium* anno 1297. edidit auctoritate BONIFACII VIII. quae continet *contractam syllogen constitutionum Innocentii IIII. Gregorii X. Nicolai III.* et *potissimum Bonifacii VIII. confer. praefat. huic. collect.* praemissa. 3) CLEMENS V. suas constitutiones collegit, sed morte praeuentus quum esset, eius successor IOANNES XXII. eas publici iuris fecit anno 1317. sub nomine *Clementimarum, praef. ad hanc collect.* Sequuntur 4) *extrauagantes* IOANNES XXII. quae *continent constitutiones Ioannis XXII.* sine pontificis auctoritate ab ignoto circa annum 1340. editas, et 5) *pontificum Eugenii IIII. Calixti III. Paulli II.* et *Sixti IIII. litterae decretales,* quae post annum 1484. itidem ab ignoto auctore et sine iussu pontificis sub titulo *extrauagantium communium* prodierunt. ZIEGLER *cit. loc.* §. 59.

§. XXXXIII.

De canonum collectione.

In recensendis *legum* collectionibus *in conciliis conditorum* (§. XXXXI. n. 3. et 4) illi canones, qui ex synodis

specialibus (§. cit. n. 4.) prodierunt, ad scopum nostrum haud pertinent, quia singularum prouinciarum iura in praesenti haud enucleanda. *Antiquarum* ex decretis conciliorum oecumenicorum confectarum apud scriptores historiae iuris canonici et *Ill. Dn.* BVDERVM *in biblioth. iur. cap. XV.* §. 3. *seqq.* fit mentio, *conf.* AYRER *progr. de collect. iur. canon.* inter *eiusd. opuscul. tom. I. op. III.* IVSTELLI *biblioth. iur. canon.* et MASTRICHT *hist. iur. canon.* n. 336. ad n. 383. Eam ob rem ad eam me conuerto, quae ad nostra vsque tempora auctoritate legali fruitur, atque auctore GRATIANO circa annum 1150. sub titulo *concordantia discordantium canonum prodiit*, ZIEGLER *cit. differt. praelim. de orig. et increm. iur. can.* §. 36. *quae est collectio ex canonibus conciliorum, pontificum epistolis decretalibus, patrum et doctorum ecclesiae traditis et legibus Romanorum ciuilibus composita*, *id. ibid.* §. 38.

§. XXXXIIII.

Partes corporis iuris canonici recensentur.

Hae collectiones *corpus iuris canonici* constituunt, in quo reperitur 1) *Gratiani concordantia discordantium canonum* (§. pr.), quae vulgo, at minus accurate, decretum appellatur, *conf.* ANTON. AVGVSTINVS *de emendat. Gratiani*

tiani lib. I. dial. fere sub initium. Hoc opus α) in *tres partes* diuisum, quarum *prima* subdiuisa in CI. *distinctiones*, et quaelibet distinctio in *canones*. *Secunda pars* in XXXVI. *caussas* distincta, caussae in *quaestiones*, et quaestiones in *canones*, ita vt *caussae* XXXIII. *quaest.* 2. *tractatus de poenitentia* insertus, qui VII. continet *distinctiones*, quarum quaeuis suos habet *canones*. Denique *pars tertia de consecratione* dicta in V. *distinctiones*, haeque in *canones* diuisae. 2) *Decretales* (§. XXXXII. n. 1.), 3) *liber sextus* (§. eod. n. 2.), 4) *Clementinae* (ibid. n. 3.), 5) *extrauagantes Ioannis XXII.* (ibid. n. 4.), 6) *extrauagantes communes* (ibid. n. 5.), quae decretalium collectiones si extrauagantes Ioannis XXII. in XIIII. *titulos* diuisas excipis, in *libros V.* distributae, quorum argumenta verbis: *iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen*, contineri solent: singuli libri in *titulos*, et tituli in *capitula* sunt diuisi. Quibus compilationibus *additur* in corpore iuris canonici 7) *liber septimus decretalium*, circa finem saeculi XVI. a PETRO MATTHAEO promulgatus; et 8) LANCELOTTI *institutiones iuris canonici, conf.* ZIEGLER cit. *diss. de orig. iuris can.* §. 59.

§. XXXXV.

Obseruationes circa corporis iuris canonici collectionem.

De hoc corpore iuris notes velim, quod 1) a naeuis non sit liberum, de quibus ZIEGLER cit. loc. §. 39. seqq. quos, quantum ad Gratianum (§. XXXXIII.), emendare studuerunt plures pontifices ad GREGORIVM XIII. vsque, ANTON. AVGVSTINVS *de emendat. Gratiani;* 2) in Gratiani concordantia *reiectiones* et *partes Gratianae* ab ipsis canonibus et vbique rubricae et fontes ab ipsis textibus auctoritate distinctas esse. Denique 3) vox *palea* haud paucis canonibus praemissa auctoritati legali nihil derogat, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. proleg.* §. 90. n. 4. et BRVCKNER *dissert. de auctoritate iuris canonici* §. 12.

§. XXXXVI.

De auctoritate legali, quam corpori iuris canonici pontifex tribuit.

Ad auctoritatem legalem corpori iuris canonici a Pontifice impositam, quod attinet: 1) *Gratiani concordantia discordantium canonum* expressam auctoritatem ex rationibus politicis numquam obtinuit, *conf.* GEORG. WERNER *diss. de orig. vsu et auct. iur. canon.*, sed tacite vim legis accepit fauore academiarum, frequenti applicatione in foris, et emendationibus pontificum. *Ill. Dn.* ENGAV *elem.*

elem. iur. eccl. proleg. §. 90. BOEHMER *I. E. P. lib. I. tit. II.* §. 19. seqq. 2) Decretalium collectiones, de quibus (§. XXXXIIII. n. 2. 3. et 4.) sermo fuit, per litteras confirmatorias expressam consecutae sunt auctoritatem legalem. 3) extrauagantes (§. cit. n. 5. et 6.) ab eo, quod extra corpus iuris ab initio vagabantur, dictae, priuata auctoritate collectae, tacita pontificis voluntate potius, quam expressa, vi legali gaudent in republica ecclesiastica, ZIEGLER *diss. de orig. et increm. iur. canon.* §. 58. Denique 4) institutiones Lancellotti, et liber septimus decretalium (§. cit. n. 7. et 8.) a pontifice numquam confirmati sunt, ZIEGLER *cit. loc.* §. 59. et STRVV. *cit. loc.* §. 30. Quibuscumque vero collectionibus pontifex iuris valorem tribuit, illa in vniuersa ecclesia Romano-catholica ea auctoritate gaudent, quia pontifex est eiusdem ecclesiae imperans (§. X. n. 2.); nisi quod rex Galliae auctoritati libri sexti se opposuerit, ZIEGLER *cit. loc.* §. 55. *seq.*

§. XXXXVII.

Receptio iuris canonici in foris Protestantium.

Hoc corpus iuris canonici in terris Protestantium haud valet ex constitutione, quia domini territoriales euangelicae religioni addicti principi eccle-

sia-

siastico nullum relinquunt imperium (§. XIIII. n. 3.), *pax Augustae Vindelic. anno* 1555. *conclusa* § 20., sed quia receptum est, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. I. tit. II.* §. 62. *seqq.* STRVVII *hist. iur. cap. VII.* §. 40. *seq.* licet contra suasus b. Lutheri, SECKENDORF. *hist. Lutheranismi lib. I. cap.* 72. n. 3. BOEHMER *cit. loc.* §. 58. ad 61. et STRVV. *cit. loc.* §. 37 Haec receptio ad certas regulas et capita minus recte restringitur, STRVV. *cit. loc.* §. 38 et BOEHMER *cit. loc.* §. 71. *seqq.* dissent. STRYK. in not. ad BRVNNEMAN. *ius eccles. lib. I. cap. III.* §. 4. LINCK. *proleg. ad decret. cap. II.* §. 9 G. A. STRVV. *synt. iur. ciu. exercit. II. th* 39. et alii plures Receptio tamen facta 1) saluo ecclesiae nostrae conceptu (§. XII.), 2) saluis internis religionis nostrae principiis, *Celeb.* NETTELBLADT *in praefat. ad* FLEISCHERS *Kirchen Recht*, et 3) saluis reliquis legibus ecclesiasticis, STRVV *cit. loc.* §. 40. *seq.* quarum quum eximius sit numerus. BOEHMER *in praef. ad primam iur. paroch. editionem* in ea est sententia, quod obseruantia iuris canonici apud Protestantes in dubio haud sit praesumenda, sed probanda.

§. XXXXVIII.

§. XXXVIII.

Leges eccleſiaſticae Euangelicorum corpori iuris canonici derogantes.

Haud exiguum legum eccleſiaſticarum, quae apud Proteſtantes valent, eſſe numerum (§. pr. n. 3.), exinde patet, quod ad hanc legum claſſem pertineat 1) *ſacer codex*, quoad praecepta moralia, GROTIVS *de iure belli et pacis lib. I. cap. I.* §. 15. 2) *tria ſymbola*, apoſtolicum nimirum, Nicaenum et Athanaſianum, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. II.* §. 2. de quorum auctoribus diſputant ex Pontificiis DV PIN *biblioth. des auteurs eccleſ. tom. I. edit. 2. pag.* 9. et *tom. II. pag.* 41. et *not.* cc. ex Proteſtantibus S. V. WALCH *introduct. in libr. ſymbol. lib. I. cap. I.* §. 2. *ſeq.* 23. *ſeqq.* nec non S. V. BAVMGARTEN *Einleitung in die ſymb. Bücher ſect. I. part. I.* §. 9. et *part. III.* §. 16. AVCTOR *hiſt. ſymbol. apoſtol.* THOMASIVS *caut. iurispr. eccleſ. cap. X.* §. 20. 3) *ordinationes eccleſiaſticae* intra territorium eius principis, qui eas tulit, BOEHMER *cit. loc.* §. 82. ita vt *α*) non ex iure epiſcopali haec facultas leges eccleſiaſticas ferendi, deriuari debeat: diſſent. CARPZ. *iurispr. eccleſ. lib. I. def.* 2. nec *β*) concurſu miniſterii eccleſiaſtici opus ſit, BOEHMER *cit. loc.* §. 83. *ſeqq.* diſſent. CARPZ. *lib. II. def.* 247. et *in deciſ. part. II. deciſ.* 113. *γ*)

hae

hae leges stringunt omnes subditos approbatae et non approbatae religioni addictos, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. II.* §. 102. et in diss. *de cauta Judaeorum tolerantia:* 3) earum haud exiguum esse cumulum testatur *Ill. Dn.* BVDER *diss. de const. eccl. ducum Saxon. Ill. Dn* MOSER *praef. ad tom. I. corp. iur. euang. eccl.* SCHMID *de agendis* et KOENIG *de constit. eccles.*

§. XXXXVIIII.

aliae plures. Augent numerum legum ecclesiasticarum apud Protestantes 4) *consuetudines ecclesiasticae*, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. I. tit. IIII.* §. 46. *seqq.* 5) *ordinationes*, quae a membris ecclesiae pacto stabilitae sunt, BOEHMER *cit. loc. lib. I. tit. II.* §. 89. 6) *transactio Passauiensis*, 7) *pax religiosa* et 8) *Osnabrugensis*, neque non 9) *recessus imperii*, *id. ibid.* §. 76. 10) *concordata nationis Germanicae*, de quibus LINCK *de concord. nat. Germ.* contra Protestantes quidem allegari nequeunt a pontifice et episcopis, *instrum. pac. Osnabr. art. V.* §. 19. et *art. XVII.* §. 3. sed intuitu commodorum, quae ad pontificem vi concordatorum pertinuerunt ante reformationem, suum habent vsum in terris principibus euangelicis hodie subiectis, STRYK *diss. de iure*

iure pap. princ. euang. cap. II. §. 9. De vsu decretorum in conciliis ante reformationem latorum et corpori iuris canonici haud insertorum merito dubitat FLEISCHER *KirchenRecht lib. I. cap. IIII.* §. 14. dissent. *Celeb.* NETTELBLADT *in praef. ad cit. libr.*

TRACTATIONIS
IVRISPRVDENTIAE ECCLESIASTICAE EVANGELICAE
PARS THEORETICA.

LIBER I.
DE IVRE ET OBLIGATIONE PERSONALI.

CAP. I.
DE ADQVISITIONE IVRIS ET OBLIGATIONIS PERSONALIS EX STATV ECCLESIASTICO.

TIT. I.
DE NATVRA STATVS ECCLESIASTICI.

§. I.

Obligationis personalis

O*bligatio* est *necessitas, quam leges praescribunt.* Haec si ad praestandum

definitio et diuisio. dum directa, personalis dicitur, *Ill.* DARIES *iur. nat.* §. 810. Inde statim patet, quid sit eius correlatum, ius personale nimirum: et facta determinatione per legem ecclesiasticam (§. XXXVII.) de iure et obligatione personali ecclesiastica constat. In hac obligatione reperitur 1) duplex *obiectum*, quum rem aut factum praestare debeat obligatus; 2) duplex *subiectum*, quorum alterum ille, qui obligatus est; alterum is, cui obstrictus est ad praestandum, *Ill.* DARIES *instit. iurisprud. priu.* §. 48.; 3) duplex *caussa*, nam vel lex quemdam obstringit, quatenus factum ad effectum obligationis agnitum adest, vel absque eiusmodi facto obligatorio, quale propter qualitatem obuenit, quam quis societatis intuitu habet, illa obligatio mediata, haec immediata s. immediate ex lege orta adpellatur, MENCKE *doctrin. pandect. tit. de oblig. et act.* §. 6. Quum ius semper oriatur ex obligatione, *Ill.* DARIES *cit. iur. nat.* §. 152., patet, quid ius personale ecclesiasticum, mediatum et immediatum.

§. LI.

Quid sit status moralis? Relicta obligationis ex facto obligatorio ortae tractatione ad sequentem titulum: hoc loco de ea obligatione sermo

sermo est, quae oritur ex qualitate, quam quis societatis intuitu habet, qualem *qualitatem*, *cuius respectu vario instructi sumus iure atque obligatione* DD. *statum moralem* appellant teste *Illustr.* DARIES *iur. nat. praecogn.* §. 9. in fine. Quum vero de societate ecclesiastica in hoc compendio vnice quaestio oriatur, nemo non videt, quod illi status, qui extra societatem ecclesiasticam cuidam competunt, ad institutum nostrum non pertineant.

§. LII.

Status fidelitatis et orthodoxiae determinantur.

Tot existere ecclesias, quot dantur determinatae religiones, nouimus (§. II. n. 5.). Illa igitur ecclesia christiana dici solet, quae religionem christianam profitetur. *Qualitas* ideo cuidam *competens*, *quia membrum ecclesiae christianae* est, *status fidelitatis* appellatur, eiusque defectus *infidelitas*, *Celeb.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. I. tit. VI.* §. 151. not. Christianae ecclesiae variae sunt pro diuersitate modi deum colendi, quem pro vero agnoscunt (§. cit.), ex quibus non nisi tres in Germania approbatae sunt (§. VI.). *Qualitas* ideo *competens* alicui, *quia membrum ecclesiae approbatae* est, constituit *statum orthodoxiae*; carentia huius status *heterodoxiae*

nomine venit, *Celeb.* PERTSCH *cit. loc.* Si hi ſtatus ad ſubiecta applicantur, oriuntur fideles et infideles, orthodoxi et heterodoxi. Eius eccleſiae iuribus, quae membris eccleſiae qua talibus competunt, frui nequeunt illi, qui ad eam eccleſiam haud pertinent (§. IIII. n. 5.), reliquis tamen iuribus ſaluis manentibus, BOEHMER *diſſ. de tolerantiae religioſae effect. ciuil. cap. II.* §. 15.

§ LIII.

Diuiſio in clericos et laicos.

Nobis iura eccleſiarum approbatarum explicanda ſunt, De his notes velim, quod quaedam *membra perfecte obligata* ſint *ad certa quaedam negotia in eccleſia expedienda* (§. IIII. n. 2.) *Illuſtr.* DARIES *ius nat.* §. 920. et BOEHMER *ius eccl. prot, lib. III. tit. I.* §. 35. n. 3. quae clerici appellantur et laicis opponuntur, BRVNNQVELL *diſſ. de eccleſiaſtici et laici iure diuerſo*, et PVFENDORF *de habit. relig. chriſt.* §. 32. Hi termini quidem ſuperſtitioſam habent originem, *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. I. tit. I.* §. 25. n. 4. ſed quia ſemel recepti inter doctores, *b.* BVDDEVS *in praef. ad Binghami orig. eccleſ. tom. I.* et *Ill.* DARIES *diſſ. de poteſtate circa ſacra et bona eccleſ.* et in ipſis Euangelicorum conſtitutionibus eccleſiaſticis ſaepe adhi-

hibentur, quales laudat CARPZOV *iurispr. consist. lib. I. def.* 75. n. 10. Neque eorum sententiae subscribendum, qui putant in locum clericorum vocem doctoris substitui posse ZIEGLER *ad* LANCELOTT. *lib. I. tit. IIII.* §. 1. nam dantur clerici apud Euangelicos, qui doctores appellari nequeunt, BOEHMER *cit. loc.* Denique minus adaequata est diuisio 1) *in den Lehr-Wehr-und Nähr Stand*, BOEHMER *iur. paroch. sect. I. cap. II.* §. 30. *III.* ENGAV *elem. iur. eccl. prot.* §. 40. n. 2. dissent. CARPZOV *cit. l. lib. II. def.* 247. et 2) distinctio in spirituales et saeculares personas in *Geistliche und Weltliche*, *Celeb.* PERTSCH *cit. loc.* n. 5.

§. LIIII.

Duae clericorum classes formantur.

Dantur inter Protestantes clerici, qui gaudent officio, quod ad finem ecclesiae euangelicae obtinendum haud tendit. Etenim inter Pontificios reperiuntur clerici, qui ex prima institutione officio ecclesiastico gauisi, quod ad salutis ecclesiae promotionem directum, *b* LVTHERVS *tom. VII. Ienens. germ. pag.* 261. postea vero a prima institutione valde recesserunt, PETR. MASSOV *diss. de canonicis th.* 3. et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. I.* §. 25. et remotis illis, quae

euangelicae religionis principiis repugnant, post reformationem retenti sunt. SECKENDORF *in hist. Lutheran. lib. III.* §. 138. n. 13. et *art. Smalcald. part. II. art.* 2. *conf.* BOEHMER *cit. l.* §. 33. *seqq.* Quum vero nec desint inter Protestantes clerici, qui ad promouendum finem ecclesiae constituti sunt: facile patet, clericos Euangelicorum vel tales esse, qui ad promouendum finem ecclesiae perfecte obligati, vel tales, qui ex institutis Pontificiorum seruati fuere. Romanensium diuisio in clericos maiorum et minorum ordinum ad Protestantium clericos applicari nequit, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib. I. tit. II.* §. 19. n. 2. et 3. dissentit. CARPZOV *iurisprud. eccles. lib. I. def.* 75. n. 10. et suo modo *Celeb.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. I. tit. VIIII.* §. 209. Terminorum explicationem nec non recensionem eorum, qui ad quamlibet classem referuntur, ob vsum theoreticum in praelectionibus suppeditabo.

§. LV.

Clerici ex institutis Pontificiorum retenti determinantur.

Primo loco de iis Euangelicorum clericis nobis sermo sit, qui ex institutis Romano-catholicae ecclesiae ortum trahunt (§. pr.). Hi clerici ob diuersum finem, quem habebaut tempore rece-

receptionis, triplicis generis ſunt. Etenim vel 1) *preces determinato tempore inſtituere*, vel 2) *eccleſiam armis defendere* debent, vel 3) *ad votum caſtitatis, paupertatis et obedientiae obſtricti* ſunt: iſti *canonici, Perilluſtr.* FLOERKIVS *de canonico ſcholaſtico* §. 3. *not. b.* illi *equites ſacri, Ill.* ENGAV *elem. iur. eccleſ. lib. I. tit. X.* §. 128. hi monachi, et apud Proteſtantes conuentuales audiunt, *Ill.* ENGAV *cit. loc. tit. VIII.* §. 113. In qualibet claſſe modo dictorum clericorum apud Pontificios reperitur hierarchia, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXV.* §. 1. LYNCKER *in anal. ad* DESSEL. *erotem. tit. de maiorit. et obed. ad rubr.* et WIESTNER *inſtit. iur. canon. tit. de maior. et obed.* n. 14. ſeqq. ex qua ſuperiores quoque apud Proteſtantes retenti fuerunt, quatenus hoc ſaluo huius eccleſiae conceptu fieri potuit (§. XXXXVII. n. 1.). Licet monachi et equites ſacri apud Pontificios ad clericos haud referantur, *Ill.* ENGAV *ibid. tit. II.* §. 16.: apud Proteſtantas hoc tamen fieri poteſt, quia 1) negotia eccleſiaſtica gerunt, quae clericos efficiunt (§. LIII.), et 2) canonici apud Proteſtantes, omnium conſenſu, clericorum numero habentur, STRYK *not. ad* BRVNNEMANN. *ius eccleſ. lib. II. cap. X.* §. 8.

§. 8. quamquam ratio, cur canonici inter Pontificios clerici dicantur, *cap.* 18. et 19 *X. de verb. signif. cap.* 7. §. 3. *X. de elect. cap.* 9. *de priuileg. in 6to*, *conf.* GONZALEZ ad *cap.* 3. *X. de postulat.*, quae in eo consistit, quod inter eos sacros ordines obtineant, *conf.* BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. III. tit. XI.* §. 8., apud Euangelicos cessat, quippe qui canonicis ordines prorsus non conferunt, *ibid. cod.*

§. LVI.

nec non illi, qui ad finem ecclesiae euangelicae promouendum constituuntur.

Eorum clericorum, qui ad promouendum finem ecclesiae euangelicae constituuntur (§. LIIII.), *tria genera reperiuntur.* Nam negotia, ad quorum expeditionem in societate ecclesiastica perfecte obligati sunt (§. LIII.), consistunt vel 1) in explicatione dogmatum ecclesiae et administratione mediorum salutis modo in scriptura sacra et libris symbolicis determinato, quique nomine *pastorum, parochorum, doctorum ecclesiae*, vulgo *Prediger*, *Seelen Hirten*, *Pfarrer*, veniunt; vel 2) in eo, vt curent, quo magis quilibet, qui officium ecclesiasticum gerit, eo rite fungatur, et res ad finem ecclesiae destinatae eo adhibeantur, qui inter ipsos Protestantes extra Germaniam satis concinne appellantur *episcopi*, voce

in

in ſenſu biblico, non pontificio ſumta, AYRER diſſ. *de ſuperintendentibus proteſt. epiſcop. vet. eccleſ. propagine.* In Germania *ſuperintendentes*, *ſeniores*, *inſpectores, paſtores primarii, praepoſiti, decani, OberPfarrer*, audiunt. Denique 3) vt auxilium ferant reliquis clericis, ad finem eccleſiae promouendum conſtitutis, in expeditione negotii eorum curae demandati, quos commune nomine *auxiliatores* appellabimus: reliqua enim nomina, quae his auxiliatoribus tribuuntur, pro diuerſitate negotii, quod expediunt, differunt.

TIT. II.
DE CLERICIS EX INSTITVTIS PONTIFICIORVM RETENTIS APVD PROTESTANTES

SECTIO I.
DE CONVENIENTIA CLERICORVM EX INSTITVTIS PONTIFICIORVM RETENTORVM.

§. LVII.

Nexus dicendorum.

Canonici, equites ſacri et conuentuales habent ſuos ſuperiores (§. LV.). Hi *praelati* dicuntur, illi, ſi collegium

praelato subordinatum efficiunt *senatum ecclesiasticum* constituunt, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib. I. tit. XX.* §. 204. vt ordine procedatur, 1) de iuribus communibus α) praelatorum, nec non β) senatuum ecclesiasticorum, *hac sect.* deinde 2) de iure singulorum α) praelatorum atque β) senatuum, quatenus apud Protestantes habet vsum, *seq. sect.* dicendi locus sit.

§. LVIII.

Praelati definitio et primus character;

Praelatus apud Protestantes est *clericus, qui tanquam caput collegii clericorum ex institutis Pontificiorum retentorum certis iuribus et obligationibus fruitur.* Praelatus 1) est *clericus,* quia α) negotia in ecclesia expedire debet (§. LIII.), β) titulis et insignibus clericorum gaudet, quibus apud Pontificios munitus, *Cel.* PERTSCH *comp. iur. canon. lib. I. tit. XIII.* et γ) eadem poëdria prae laicis, qua antecessores pontificii, fruitur, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. III. tit. XXXV.* §. 42. et *Ill.* ESTOR *delin. iur. publ. cap. X.* §. 2. et quae sunt plura alia iura praelatis pontificiorum ideo competentia, quia clericorum numero adscripti.

§. LVIIII.

eiusdem secundus et

Praelatus 2) *caput collegii clericorum constituit,* BOEHMER *iur. eccles. prot.*

prot. lib. III. tit. V. §. 39. WILDVOGEL diss. *de decanis cap. II.* §. 12. *seq.* et quidem 3) eorum *clericorum*, *qui ex institutis Pontificiorum retenti:* nam *a*) omnes tres classes horum clericorum (§. LV.) habent praelatos, et quidem a) canonici teste *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib. I. tit. VII.* §. 95. *seq.* b) equites sacri, *ibid. tit. X.* §. 130. et c) monachi, *id. tit. VIIII.* §. 115. Illi vero clerici *β*), qui ad finem ecclesiae nostrae promouendum constituuntur, praelato destituuntur; sed vice principis superintendentes inspectionem gerunt, BOEHMER *c. l. lib. I. tit. XXXI.* §. 81.

tertius character.

§. LX.

Iura praelatorum.

Praelatus 4) *certis iuribus fruitur* (§. LVIII.) quibus adnumeratur *α*), quod certa bona consequatur, quae, prout domino territoriali subordinata vel immediate imperatori et imperio subiecta sunt, faciunt, vt praelatus vel *mediatus* vel *immediatus* audiat, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XX.* §. 31. et *tit. XXXV.* §. 38. *seq.* Illi, vti alii subditi, domino territoriali subordinati, hi quia sunt domini territoriales, ius circa sacra exercent (§. XVII.) et imperatori ac imperio vnice parent, a quo intra annum, quo praelati consti-

tuti ſunt, inueſtituram petere debent, *inſtrum. pac. Osnabrug. art. V.* §. 21. et praeſtito iuramento conſueto, cuius formulam ſiſtit STRYK *exam. iur. feud. append.* n. 14. pro infeudatione praeter taxam ordinariam ſummam eiusdem dimidiam ſoluere debent, *ibid. eod.* in cuius rationem inquirit *auctor medit. ad inſtrum. pac. Osnabr.* cit. l. p. 251. Alia ratione praelati apud Pontificios ſunt *mediati vel immediati* BOEHMER cit. *tit.* XXXV. §. 28. quae tamen diuiſio in Proteſtantes non quadrat, *argum. inſtr. pac. Osnabr.* cit. *art.* §. 48. Poſſunt β) praelati apud Proteſtantes matrimonium celebrare BOEHMER cit. loc. *lib. III. tit. III.* §. 22. niſi ſtatutum in contrarium adſit, *inſtrum. pac. Osnabr. art. V.* §. 16. quod tamen libertatem celebrandi matrimonium haud reſtringit, ſi praelatus abdicare velit, *ordin. polit. Magdeburg. cap. VI.* §. 12. et BOEHMER cit. l. §. 25. Neque prohibitum eſt praelatis γ) mutare religionem, ſi abdicare velint officio, quod gerunt, vi reſeruati eccleſiaſtici, *inſtrum. pac. Osnabr. art. V.* §. 15. *confer.* OBRECHT diſſ. *de reſeruato eccleſiaſt.*

§. LXI.

et obligationes

Praelati quoque 5) ad implendas quasdam *obligationes* obſtricti ſunt: (§. LVIII.)

LVIII.) puta α) a praelatis mediatis *annatae* seu *fructus primi anni* praestari debent, non quidem pontifici aut episcopo, *instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 19. sed potius domino territoriali, cui subordinatus est praelatus, *de* LVDEWIG diss. *de annat. cap. III.* STRYK *de iure papali princip. euangel. cap. IIII.* §. 8. Iidem β) obligati ad implenda ea, quae exigunt statuta, seu *normae a fundatoribus redituum ecclesiasticorum* iis praescriptae, qui eosdem reditus percipiunt. Hae normae eatenus obseruari debent, quatenus hoc salua conscientia et LL. ecclesiasticis fieri potest, *instrum. pac. Osnabr. art. V.* § 16. Denique γ) capitulationem ante oculos habere debent praelati, *ibid. eod.* §. 17. quae sunt *pacta inter senatum et praelatum inita, quibus potestas praelati determinatur. Conf. Ill. Dn.* BVDER diss. *de capitul. episc. Germ.*

§. LXII.

Senatus ecclesiastici definitio et characterum explicatio.

Sequitur tractatio de senatus ecclesiastici iuribus communibus (§. LVII. n. 1. lit. β): *Senatus ecclesiasticus* est *collegium clericorum ex institutis pontificiis retentorum praelato subordinatum, quod concurrit in promotione salutis praelaturae. Collegium* ideo 1) appellauimus, quia requisita collegii, conf. *Ill.* DARIES *iur. nat.*

nat. §. 678., ibi reperiuntur, et iura collegiis a principe approbatis competentia exercet, *Ill.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib. I. tit. VII.* §. 94. Hunc senatum 2) apud clericos ex institutis Pontificiorum retentos reperimus. Inde datur senatus a) canonicorum, qui capitulum audit, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. I.* §. 15. b) monachorum, qui conuentus dicitur, IDEM cit. *lib. III. tit. VIIII.* §. 6. et c) equitem sacrorum, *cel.* PERTSCH. *elem. iur. can. lib. I. tit. XXXVIIII.* §. 529. n. 8. seqq.

§. LXIII.

Senatus concurrit in regimine praelaturae.

Senatus ecclesiasticus vi definitionis (§. pr.) 3) *concurrit in promotione salutis praelaturae.* Vbi notes velim α), *praelaturam* significare *districtum, cui praelatus et membra senatus praesunt:* quod β) congregationes instituantur a senatu in loco huic fini destinato, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XI.* §. 10. et γ) praelatus conuocare possit senatum, si e re praelaturae videatur, vel ad eum effectum, vt id, quod senatus concludit, praelatum obliget, vel vt arbitrio praelati relictum, vtrum conclusionibus senatus ecclesiastici stare velit, nec ne, *c. 7. X. de arbitris, c. vn. de sede vac. in 6.* BOEHMER cit. l. *lib.*

lib. III. tit. X. §. 3. seqq. prout in statutis et capitulatione consensui aut consilio adstrictus est praelatus.

§. LXIIII.

Alia quaedam iura senatus.

Senatus vlterius potest *δ*) deliberationes iustituere, licet non conuocetur a praelato, si e re praelaturae existimet, siue praesens sit ipse praelatus, siue non. Plura senatus exercet iura *ε*), si nullus adest praelatus. Quod varia ratione obuenire potest, puta 1) ita, vt tamen subsistat vinculum, quo casu *sedes secundum quid vacans*, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. VIIII.* §. 20. et in *dissertat. de iure capit. sede impedita cap. I.* §. fin. 2) vinculum inter praelatum eiusque ecclesiam sublatum, et tempus ad institutionem noui praelati nondum elapsum, quod *sedem vacantem* reddit, BOEHMER cit. diss. *cap. I.* §. 24. vel 3) elapsum, quod *sedem in totum impeditam* efficit, *cap.* 41. *X. de electionibus*, BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 18. Primo in casu senatus quaeuis iura praelati, quae moram non ferunt, exercet vel *proprio iure*, si praelatus inchoare nequit officium suum, BOEHMER cit. diss. *cap. I.* §. 23. in fin. vel tamquam *vicarii*, vt ad rationes reddendas obstringantur, si praelatus continuare impe-

§. 4. licet defectus ex principiis euangelicae ecclesiae tales non sint, *instrum. pac. Osnabr. art. V.* §. 21. conf. BESOLD. *thes. pract.* voce: *postulirte Bischöffe* in fine. Vtraque in effectu differt a) intuitu numeri votorum, *cap.* 4. X. *de elect.* BOEHMER cit. l. §. 8. et b) in mediatis supplices litterae ad superiorem a postulantibus sunt dirigendae, STRYK *diss. de iure papali princ. euangel. cap. V.* §. 4. in fin. et HORN. *class.* I. *resp.* 15.

§. LXVII.

Reliqui characteres electionis explicantur

Designatur quis 2) *ad officium praelaturae* vel vacans, vel vacaturum, qui posterior *coadiutor* audit, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. VI.* §. 20. Electio denique 3) *legitime est facta*, si ea, quae α) actum electionis antecedent, β) in ipso actu expedienda, et γ) actum electionis sequi debent, rite se habeant. Ad primum pertinet, vt a) membra senatus sint habilia, conf. BOEHMER cit. loc. *lib. I. tit. VI.* §. 42. b) rite conuocentur 1) ab eo, qui ex senatu reliquos praecedit, FABRI *Staats-Canzeley tom. XIIII. pag.* 501. seqq. et BOEHMER c. l. §. 44. 2) omnia senatus membra, consequenter absentes regulariter haud omittendi, *cap.* 36. X. *de elect.* conf. BOEHMER cit. l. §. 47. qui com-

comparare possunt per procuratorem, qui membrum capituli sit, *cap. 46. de elect. in 6.* BOEHMER cit. l. §. 48. 3) ipse actus in loco deliberationibus a senatu instituendis destinato suscipiatur, *arg cap. 14. X. de elect.* et FABER cit. l. *tom. XIIII. pag.* 523.

§. LXVIII.

Modi eligendi describuntur.

Sequitur ipse electionis actus (§. pr. lit. β). In *cap. 42. X. de elect.* tres modi recensentur, puta 1) *per inspirationem,* vbi *omnia senatus membra, a diuino quasi spiritu excitata, in eamdem personam consentiunt,* qui apud Protestantes inualidus, BOEHMER diss. *de instit. vocation. factae ad clamorem populi:* 2) per *compromissum,* si *vniuersus senatus paucis imparis numeri permittit, vt ecclesiae viduae nomine collegii prospiciant;* quo multo frequentior 3) electio *per scrutinium,* quae est *modus eligendi solennis, vi cuius ille ad praelaturam peruenit, in quem maior pars consentit.* Senatus ante omnia constituit scrutatores, *cap. 42. X. de elect.* FABRI *Staats-Cantzeley tom. XIIII. pag.* 548. et in mediatis princeps de tempore electionis certior faciendus, vt commissarios deputet, qui actum ipsum dirigunt, BOEHMER *iur. ecclesiast. protestant. lib. I. tit. VI.* §. 55.

E §. LXVIIII.

§. LXVIIII.

Quid post peractam electionem fieri debeat.

Si actus electionis *peractus* (§. LXVII. lit. γ), postulandus est 1) consensus electi intra octiduum, hicque 2) intra mensem sub poena nullitatis consentiat, *cap. 6.* et 8. *de elect. in 6.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. VI.* §. 58. 3) capitulatio, si qua confecta, iureiurando confirmetur, IDEM *ibid.* §. 75. et *Ill. Dn.* BVDER diss. *de capitul. episcop. Germ.* et 4) mediati praelati confirmationem a principe petant, *ordin. polit. Magdeb. cap. VI.* § 3. et STRYK diss. *de iure pap. princip. euang. cap. I.* §. 5. non vero immediati, BOEHMER cit. loc. §. 76.

SECTIO II.

DE EO, QVOD SINGVLIS CLERICIS EX PONTIFICIORVM INSTITVTIS RETENTIS PROPRIVM EST.

MEDIT. I.

DE CANONICIS.

§. LXX.

Canonici definitio et

Inter clericos ex institutis Pontificiorum retentos (§. LIIII.) canonici referun-

feruntur (§. LV. n. 1.), quorum singularia iura hoc loco explicanda sunt (§. LVII. n. 2. lit. β). *Canonici* vero sunt *clerici, qui constituuntur, vt certis temporibus preces instituant, et variis gaudeant iuribus ac obligationibus, quae religionis euangelicae principiis haud repugnant.* Canonicus, quia 1) *clericus*, α) splendet clericorum titulis, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. I.* §. 39. licet β) ordines apud Protestantes non recipiat, *id. ibid.* §. 36. n. 1.

prior character.

§. LXXI.

alter canonici character.

Vt quis fiat canonicus, 2) eget *constitutione* (§. pr.). Haec constitutio, quia a constituentis senatu ecclesiastico haud suscipitur, non electio, sed collatio dicitur, BOEHMER *iur eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 73. In collatione accurate spectandum 1) quis eam instituat, 2) cui canonicatus conferendus et 3) quomodo nouus canonicus introducendus. Si respicitur ad conferentem, patebit, in quolibet collegio canonicorum reperiri vnum aut plures, qui in regula conferunt, et *ordinarii* dicuntur *collatores*, aliis vero instar exceptionis certis tantum sub limitationibus hoc ius competere, qui *extraordinarii* audiunt

collatores, *diss. nostra de collat. canonicat. infer.* §. 14.

§. LXXII.

Cui competat ius conferendi.

Ordinarius collator a fundatoribus eiusmodi canonicatuum solet esse designatus instatutis, vbi modo eorumdem familiis, modo possessoribus certi praedii, modo collegis constituendi canonici, modo praelato, modo domino territoriali, modo aliis hanc facultatem relictam esse cernimus, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 75. *seqq.* Extra ordinem confert dominus territorialis canonicatus eius imperio subiectos, *α*) si ordinarius collator legitimo modo iure suo non vtitur, cuius causa eodem priuatur in praesenti, quae priuatio *ius deuolutionis* dicitur, BOEHMER diss. *de iure conferendi beneficia ex iure deuoluto*, v. c. si intra sex menses collatio ex facto imputatiuo conferentium haud facta c. 41. X. *de electione*, BOEHMER cit. *iur. eccl. lib. I. tit. X.* §. 3. Hoc ius tamen in immediatis Protestantium capitulis non obtinet, ne quidem caesar eodem gaudet, conf. BOEHMER cit. loc. §. X. seqq.

§. LXXIII.

De mense papali

Dominus territorialis extraordinariam exercet collationem *β*) si benefi-

ciu

cium mediatum in *menſe papali* vacat, STRYK diſſ. *de iure papali princ. euang. cap. III.* §. 6. et *cap. IIII.* §. 3. et HORN *de expectatiuis eccleſ.* §. 14. in immediatis Euangelicorum ordinarius collator etiam in menſibus papalibus iure conferendi gaudet, niſi quod hi menſes in mixtis capitulis ſuo modo ad collationem imperatoris pertineant, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 119. et γ) imperans durante regimine in quolibet ſenatu eccleſiaſtico ipſius imperio ſubordinato vnicum beneficium conferre poteſt, quae facultas *ius primariarum precum* dicitur, AYRER *de iure prim. prec.* et alii.

et precibus primariis.

§. LXXIIII.

Quis iure primariarum precum gaudeat.

In Germania hoc iure primariarum precum gaudet 1) imperator, *inſtrum. pac. Osnabr. art. V.* §. 26. GRIBNER *de prim. prec. imper. ſine pontific. indultu validis*, inter opuſc. *tom. III. ſect. I.* et *von* STOEKKEN *de precib. prim. imperatoriis*: 2) Auguſta in capitulis ſexus feminei, STRYK *de iur. pap. princ. euang. cap. IIII.* §. 5. cuius formulam exhibet *von* STOEKKEN cit. *tract. quaeſt. XI. th.* 75. in cuius fidem inquirit GRIBNER *de prec. prim. vicariorum in* §. 32. in opuſc. *tom. II. ſect. II.* ca-

vicariis imperii DD. grauiter dissentiunt; alii illimitatum illis ius primarium precum tribuunt, WERNER *de collat. canon. maior. sect. II.* in primis vero GRIBNER cit. *tract. de vicar. prim. prec.* qui ad eorum coniuges extendit *ibid.* §. 22. alii vicariis eorumque coniugibus omne ius primariarum precum negant, *de* LVDEWIG *ad auream bullam tit. V.* §. 1. *pag.* 547. Sed media praeferenda videtur sententia, quod vicariis ibi saluum sit primarias mittere preces, vbi vltimus imperator hoc neglexit, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 109. 4) status imperii in suis territoriis, quod de pontificiis et euangelicis probatur in *diss. nostra de collat. canon. inf.* §. 26. *not. l.* et 5) eorum coniuges, *ibid. not. m.*

§. LXXV.

Mandata de prouidendo et expectatiuae determinantur

Si collator extraordinarius ius suum exercere vult, per litteras voluntatem suam declarare solet, quae prout ad ordinarium officii collatorem directae, vel ad candidatum, cui conferendum est beneficium, nunc *mandata de prouidendo*, *Ill. Dn.* ENGAV *element. iur. eccl. lib. II. tit. XXVI.* §. 374. nunc *expectatiuae* nominantur. In his si capitulum expressum est, adsunt expecta-

pectatiuae *speciales;* si nullum expressum, *generales* appellantur, *celeb.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. II. tit.* XXX. §. 907. Vlterius differt expectatiua, prout quis recipitur in numerum canonicorum cum spe proxime vacaturam praebendam percipiendi, vel non recipitur, antequam praebenda vacat: priori casu *tacita*, posteriori *expressa* adest expectatiua, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. VIII.* §. 3. Si plures expectatiuae concurrunt, prior praeferenda, *cap.* 38. *X. de rescriptis* et *cap.* 14. *eod. in 6.* BOEHMER *cit. loc.* §. 16. nisi 1) posterior sit specialis et prior generalis, *cap.* 14. et *cap.* 38. *de praebendis in 6.* BOEHMER *ibid.* §. 15. 2) ex posteriori animus prius rescriptum reuocandi appareat, *cap.* 7. *de concess. praeb. in 6.* BOEHMER *ibid.* §. 14. quod fieri potest, si expectatiua titulo onerosso haud adquisita, *id. eod.* 3) si prior expectatiuarius vel plane, vel saltim tempore existentis vacantiae inhabilis est, *conf. cit.* BOEHMER *lib.* III. *tit.* I. §. 87. et *tit.* VIII. §. 18. denique 4) si prior expectatiuarius intra viginti dies a tempore vacantiae se haud obtulerit, quia collatores diutius, quam per viginti dies expectare haud coguntur *cap.* 3. et 11. *de praebend. in 6.* et *cap. fin. de*

nat. §. 678., ibi reperiuntur, et iura collegiis a principe approbatis competentia exercet, *Ill.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib. I. tit. VII.* §. 94. Hunc senatum 2) apud clericos ex institutis Pontificiorum retentos reperimus. Inde datur senatus a) canonicorum, qui capitulum audit, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. I.* §. 15. b) monachorum, qui conuentus dicitur, IDEM cit. *lib. III. tit. VIIII.* §. 6. et c) equitem sacrorum, *cel.* PERTSCH. *elem. iur. can. lib. I. tit. XXXVIIII.* §. 529. n. 8. seqq.

§. LXIII.

Senatus concurrit in regimine praelaturae.

Senatus ecclesiasticus vi definitionis (§. pr.) 3) *concurrit in promotione salutis praelaturae.* Vbi notes velim α), *praelaturam* significare *districtum, cui praelatus et membra senatus praesunt:* quod β) congregationes instituantur a senatu in loco huic fini destinato, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XI.* §. 10. et γ) praelatus conuocare possit senatum, si e re praelaturae videatur, vel ad eum effectum, vt id, quod senatus concludit, praelatum obliget, vel vt arbitrio praelati relictum, vtrum conclusionibus senatus ecclesiastici stare velit, nec ne, *c.* 7. *X. de arbitris*, *c.* vn. *de sede vac. in 6.* BOEHMER cit. l. *lib.*

lib. III. tit. X. §. 3. seqq. prout in statutis et capitulatione consensui aut consilio adstrictus est praelatus.

§. LXIIII.

Alia quaedam iura senatus.

Senatus vlterius potest δ) deliberationes iustituere, licet non conuocetur a praelato, si e re praelaturae existimet, siue praesens sit ipse praelatus, siue non. Plura senatus exercet iura ε), si nullus adest praelatus. Quod varia ratione obuenire potest, puta 1) ita, vt tamen subsistat vinculum, quo casu *sedes secundum quid vacans*, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. VIIII.* §. 20. et in *dissertat. de iure capit. sede impedita cap. I.* §. fin. 2) vinculum inter praelatum eiusque ecclesiam sublatum, et tempus ad institutionem noui praelati nondum elapsum, quod *sedem vacantem* reddit, BOEHMER cit. diss. *cap. I.* §. 24. vel 3) elapsum, quod *sedem in totum impeditam* efficit, *cap. 41. X. de electionibus*, BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 18. Primo in casu senatus quaeuis iura praelati, quae moram non ferunt, exercet vel *proprio iure*, si praelatus inchoare nequit officium suum, BOEHMER cit. diss. *cap. I.* §. 23. in fin. vel tamquam *vicarii*, vt ad rationes reddendas obstringantur, si praelatus continuare impe-

pe-

peditur regimen. *Celeb.* PERTSCH *elem. iur. canon. lib. I. tit. XXVI.* §. 400. Secundo et tertio casu senatus iura praelati exercet *proprio iure*, BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 23. seqq. modo senatus haud suscipiat a) nouationem, IDEM *ibid.* §. 30. seqq. aut b) collationem beneficiorum collationi praelati reseruatorum, *cap.* 2. *X. de elect.* confer. BOEHMER cit. loc. §. 35. seqq. et c) generatim caueat, ne in praeiudicium futuri praelati aliquid fiat, *tot. tit. ne sede vac aliq. innou.* conf. BOEHMER laud. diss. *cap. II.* §. 9. seqq.

§. LXV.

Senatus gaudet iure eligendi praelatum.

Tandem senatus ζ) *gaudet iure eligendi praelatum;* quod 1) de canonicis probat *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib. I. tit. XXIIII.* §. 259. 2) de conuentualibus *cap.* 8. X. *de consuet.* et cit. *Dn.* ENGAV ibid. §. 261. 3) de sacris ordinibus equestribus *Celeb* PERTSCH *elem. iur. can. lib. I. tit. XXXVIIII.* §. 529. n. 10. licet hoc exercitium lege aut pacto α) hinc inde restrictum, conf. *instrum. pac. Osnabr. art. XIII* §. 5. *seqq.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. V.* §. 13. et *Europaeischer Herold part. I. pag.* 245. et 249. aut β) ad consensum cuiusdam adstrictum, quod postulatio minus so-

len-

lennis dicitur, cuius ratio vel in eo consistit, quod eligendus in cuiusdam potestate reperiatur, vel quod eligentes pacto se eo adstrinxerint, conf. BOEHMER cit. loc. §. 18. aut γ) exerceri nequit ob saecularisationem redituum ad praelatum olim pertinentium, *instrum. pac. Osnabrug. art. XI.* §. 1. conf. BOEHMER cit. loc. *lib. III. tit. VIIII.* §. vlt. quid? quod δ) si legitime haud instituta deuoluitur electio in praesenti in eum, qui iure circa sacra gaudet, si praelatura est mediata, conf. BOEHMER cit. loc. *lib. I. tit. X.* §. 8. non aequae, si immediata, quia neminem habet superiorem iure circa sacra gaudentem, idem ibid. §. 10. conf. FABRI *Staats-Cantzeley tom. XIII. pag.* 510.

§. LXVI.

Electionis definitio et subiectum.

Electio praelati est *designatio personae habilis ad praelati officium legitime instituta.* Designandus sit 1) *persona habilis.* Haec habilitas cognoscitur α) ex statutis, et β) ex canonibus, quippe quae respicienda, quatenus religioni euangelicae haud repugnant; in quibus varia requisita reperiuntur, quae vbi in candidato inueniuntur, *electio in specie talis* dicitur, si desunt *postulatio* audit, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. I. tit. V.* §. 4.

§. 4. licet defectus ex principiis euangelicae ecclesiae tales non sint, *instrum. pac. Osnabr. art. V.* §. 21. conf. BESOLD. *thes. pract.* voce: *postulirte Bischöffe* in fine. Vtraque in effectu differt a) intuitu numeri votorum, *cap.* 4. X. *de elect.* BOEHMER cit. l. §. 8. et b) in mediatis supplices litterae ad superiorem a postulantibus sunt dirigendae, STRYK *diss. de iure papali princ. euangel. cap. V.* §. 4. in fin. et HORN. *class.* I. *resp.* 15.

§. LXVII.

Reliqui characteres electionis explicantur

Designatur quis 2) *ad officium praelaturae* vel vacans, vel vacaturum, qui posterior *coadiutor* audit, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. VI.* §. 20. Electio denique 3) *legitime est facta*, si ea, quae α) actum electionis antecedent, β) in ipso actu expedienda, et γ) actum electionis sequi debent, rite se habeant. Ad primum pertinet, vt a) membra senatus sint habilia, conf. BOEHMER cit. loc, *lib. I. tit. VI.* §. 42. b) rite conuocentur 1) ab eo, qui ex senatu reliquos praecedit, FABRI *Staats-Canzeley tom. XIIII. pag.* 501. seqq. et BOEHMER c. l. §. 44. 2) omnia senatus membra, consequenter absentes regulariter haud omittendi, *cap.* 36. X. *de elect.* conf. BOEHMER cit. l. §. 47. qui com-

comparare possunt per procuratorem, qui membrum capituli sit, *cap. 46. de elect. in 6.* BOEHMER cit. l. §. 48. 3) ipse actus in loco deliberationibus a senatu instituendis destinato suscipiatur, *arg cap. 14. X. de elect.* et FABER cit. l. *tom. XIIII. pag.* 523.

§. LXVIII.

Modi eligendi describuntur.

Sequitur ipse electionis actus (§. pr. lit. β). In *cap.* 42. *X. de elect.* tres modi recensentur, puta 1) *per inspirationem*, vbi *omnia senatus membra, a diuino quasi spiritu excitata, in eamdem personam consentiunt*, qui apud Protestantes inualidus, BOEHMER diss. *de instit. vocation. factae ad clamorem populi:* 2) per *compromissum*, si *vniuersus senatus paucis imparis numeri permittit, vt ecclesiae viduae nomine collegii prospiciant*; quo multo frequentior 3) electio *per scrutinium*, quae est *modus eligendi solennis, vi cuius ille ad praelaturam peruenit, in quem maior pars consentit.* Senatus ante omnia constituit scrutatores, *cap.* 42. *X. de elect.* FABRI *Staats-Cantzeley tom. XIIII. pag.* 548. et in mediatis princeps de tempore electionis certior faciendus, vt commissarios deputet, qui actum ipsum dirigunt, BOEHMER *iur. ecclesiast. protestant. lib. I. tit. VI.* §. 55.

§. LXVIIII.

Quid post peractam electionem fieri debeat.

Si actus electionis *peractus* (§. LXVII. lit. γ), postulandus est 1) consensus electi intra octiduum, hicque 2) intra mensem sub poena nullitatis consentiat, *cap.* 6. et 8. *de elect. in* 6. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. VI.* §. 58. 3) capitulatio, si qua confecta, iureiurando confirmetur, IDEM *ibid.* §. 75. et *Ill. Dn.* BVDER diss. *de capitul. episcop. Germ.* et 4) mediati praelati confirmationem a principe petant, *ordin. polit. Magdeb. cap. VI.* § 3. et STRYK diss. *de iure pap. princip. euang. cap. I.* §. 5. non vero immediati, BOEHMER cit. loc. §. 76.

Sectio II.
DE EO, QVOD SINGVLIS CLERICIS EX PONTIFICIORVM INSTITVTIS RETENTIS PROPRIVM EST.

Medit. I.
DE CANONICIS.

§. LXX.

Canonici definitio et

Inter clericos ex institutis Pontificiorum retentos (§. LIIII.) canonici referun-

feruntur (§. LV. n. 1.), quorum singularia iura hoc loco explicanda sunt (§. LVII. n. 2. lit. β). *Canonici* vero sunt *clerici, qui constituuntur, vt certis temporibus preces instituant, et variis gaudeant iuribus ac obligationibus, quae religionis euangelicae principiis haud repugnant.* Canonicus, quia 1) *clericus*, α) splendet clericorum titulis, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. I.* §. 39. licet β) ordines apud Protestantes non recipiat, *id. ibid.* §. 36. n. 1.

prior charaſter.

§. LXXI.

Vt quis fiat canonicus, 2) eget *constitutione* (§. pr.). Haec constitutio, quia a constituentis senatu ecclesiastico haud suscipitur, non electio, sed collatio dicitur, BOEHMER *iur eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 73. In collatione accurate spectandum 1) quis eam instituat, 2) cui canonicatus conferendus et 3) quomodo nouus canonicus introducendus. Si respicitur ad conferentem, patebit, in quolibet collegio canonicorum reperiri vnum aut plures, qui in regula conferunt, et *ordinarii* dicuntur *collatores*, aliis vero instar exceptionis certis tantum sub limitationibus hoc ius competere, qui *extraordinarii* audiunt

alter canonici charaſter.

collatores, *diss. nostra de collat. canonicat. infer.* §. 14.

§. LXXII.

Cui competat ius conferendi.

Ordinarius collator a fundatoribus eiusmodi canonicatuum solet esse designatus instatutis, vbi modo eorumdem familiis, modo possessoribus certi praedii, modo collegis constituendi canonici, modo praelato, modo domino territoriali, modo aliis hanc facultatem relictam esse cernimus, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 75. *seqq.* Extra ordinem confert dominus territorialis canonicatus eius imperio subiectos, α) si ordinarius collator legitimo modo iure suo non vtitur, cuius caussa eodem priuatur in praesenti, quae priuatio *ius deuolutionis* dicitur, BOEHMER diss. *de iure conferendi beneficia ex iure deuoluto*, v. c. si intra sex menses collatio ex facto imputatiuo conferentium haud facta c. 41. X. *de electione*, BOEHMER cit. *iur. eccl. lib. I. tit. X.* §. 3. Hoc ius tamen in immediatis Protestantium capitulis non obtinet, ne quidem caesar eodem gaudet, conf. BOEHMER cit. loc. §. X. seqq.

§. LXXIII.

De mense papali

Dominus territorialis extraordinariam exercet collationem β) si benefi-

cium

cium mediatum in *menfe papali* vacat, STRYK diff. *de iure papali princ. euang. cap. III.* §. 6. et *cap. IIII.* §. 3. et HORN *de expectatiuis eccles.* §. 14. in immediatis Euangelicorum ordinarius collator etiam in menfibus papalibus iure conferendi gaudet, nifi quod hi menfes in mixtis capitulis fuo modo ad collationem imperatoris pertineant, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 119. et γ) imperans durante regimine in quolibet fenatu ecclefiaftico ipfius imperio fubordinato vnicum beneficium conferre poteft, quae facultas *ius primariarum precum* dicitur, AYRER *de iure prim. prec.* et alii.

et precibus primariis.

§. LXXIIII.

Quis iure primariarum precum gaudeat.

In Germania hoc iure primariarum precum gaudet 1) imperator, *instrum. pac. Osnabr. art. V.* §. 26. GRIBNER *de prim. prec. imper. fine pontific. indultu validis*, inter opufc. *tom. III. fect. I.* et *von* STOEKKEN *de precib. prim. imperatoriis*: 2) Augufta in capitulis fexus feminei, STRYK *de iur. pap. princ. euang. cap. IIII.* §. 5. cuius formulam exhibet *von* STOEKKEN cit. *tract. quaeft. XI. th.* 75. in cuius fidem inquirit GRIBNER *de prec. prim. vicariorum imp.* §. 32. in opufc. *tom. II. fect. II.* 3) de vica-

vicariis imperii DD. grauiter dissentiunt; alii illimitatum illis ius primarium precum tribuunt, WERNER *de collat. canon. maior. sect. II.* in primis vero GRIBNER cit. *tract. de vicar. prim. prec.* qui ad eorum coniuges extendit *ibid.* §. 22. alii vicariis eorumque coniugibus omne ius primariarum precum negant, *de* LVDEWIG *ad auream bullam tit. V.* §. 1. *pag.* 547. Sed media praeferenda videtur sententia, quod vicariis ibi saluum sit primarias mittere preces, vbi vltimus imperator hoc neglexit, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 109. 4) status imperii in suis territoriis, quod de pontificiis et euangelicis probatur in *diss. nostra de collat. canon. inf.* §. 26. *not. l.* et 5) eorum coniuges, *ibid. not. m.*

§. LXXV.

Mandata de prouidendo et expectatiuae determinantur

Si collator extraordinarius ius suum exercere vult, per litteras voluntatem suam declarare solet, quae prout ad ordinarium officii collatorem directae, vel ad candidatum, cui conferendum est beneficium, nunc *mandata de prouidendo*, *Ill. Dn.* ENGAV *element. iur. eccl. lib. II. tit. XXVI.* §. 374. nunc *expectatiuae* nominantur. In his si capitulum expressum est, adsunt expecta-

pectatiuae *speciales;* si nullum expressum, *generales* appellantur, *celeb.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. II. tit.* XXX. §. 907. Vlterius differt expectatiua, prout quis recipitur in numerum canonicorum cum spe proxime vacaturam praebendam percipiendi, vel non recipitur, antequam praebenda vacat: priori casu *tacita*, posteriori *expressa* adest expectatiua, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. VIII.* §. 3. Si plures expectatiuae concurrunt, prior praeferenda, *cap.* 38. *X. de rescriptis* et *cap.* 14. *eod. in 6.* BOEHMER *cit. loc.* §. 16. nisi 1) posterior sit specialis et prior generalis, *cap.* 14. et *cap.* 38. *de praebendis in 6.* BOEHMER *ibid.* §. 15. 2) ex posteriori animus prius rescriptum reuocandi appareat, *cap.* 7. *de concess. praeb. in 6.* BOEHMER *ibid.* §. 14. quod fieri potest, si expectatiua titulo oneroso haud adquisita, *id. eod.* 3) si prior expectatiuarius vel plane, vel saltim tempore existentis vacantiae inhabilis est, *conf. cit.* BOEHMER *lib.* III. *tit.* I. §. 87. et *tit.* VIII. §. 18. denique 4) si prior expectatiuarius intra viginti dies a tempore vacantiae se haud obtulerit, quia collatores diutius, quam per viginti dies expectare haud coguntur *cap.* 3. et 11. *de praebend. in 6.* et *cap. fin. de*

 con-

consuet. in 6. *instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 20. *conf.* BOEHMER *cit. loc.* §. 22.

§. LXXVI.

Cui conferendi sint canonicatus.

Ordo tangit qualitatem personae, cui confertur canonicatus (§. LXXI. n. 2.) quod ex statutis discendum, *instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 17. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 86. vbi saepe requiruntur 1) ex nobili prosapia orti, TITIVS diss. *de iure nobil. Lutheranae ad immediat. capit. conf.* BOEHMER *cit. loc.* §. 89. seq. aut eorum loco gradibus academicis insigniti, *Ill. Dn.* BVDER diss. *de iure doctorum ad canonicatus:* 2) vbique vero Germani FABRI *Staats-Canzeley tom. V. p.* 127. *tom. XVII. pag.* 802. SCHILTER *de libert. eccles. German. lib. VII. cap.* 2. §. 10. 3) doctrina, quae ex triennio academico continuo aestimatur, *cap.* 29. *X. de praebend. Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib. I. tit. XXII.* §. 239. n. 1. 4) quorundam capitulorum statuta peregrinationem iniungunt, *conf.* BOEHMER cit. *lib. III. tit. I.* §. 86.

§. LXXVII.

Modus introducendi nouum canonicum.

Modum introducendi nouum canonicum (§. LXXI. n. 3.) quod attinet, notandum, quod canonici instituantur mediante 1) annulo, 2) bireto, 3) osculo,

lo, 4) pane et libro, 5) deductione in stallum; cui aliquando accedit 6) traditio denarii, *conf.* BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. III. tit. VII.* §. 6. seqq. Introductus cogitur 1) annum claustralem subire, *conf.* BOEHMER cit. *lib. III. tit. V.* §. 5. seqq. quo absoluto 2) residentia incipit, *ibid. tit. IIII.* §. 48. 3) vinum admissionis dare, *id. ibid.* §. 6. 4) soluere pecuniae quantitatem pro redimendis ordinibus, vulgo *Praesentien-Gelder*, *ibid. tit. IIII.* §. 46. *in fin.* et 5) praestare iuramentum, *id. ib.* §. 47.

§. LXXVIII.

Tertius et quartus canonici character explicatur.

Canonicus vi definitionis (§. LXX.) 3) certis temporibus preces instituere debet, quae dicuntur *horae canonicae.* Hae horae contra intentionem reformantium teste SECKENDORFIO *in comment. hist. et apologetico lib. III. sect.* 27. §. CVIIII. n. 13. et 19. et *art. Smalcald. part. II. art.* 2. in Protestantium capitulis retentae, *conf.* BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. III. tit. I.* §. 34. seq. et 46. seqq. quae tamen per vicarios vbique fere expediuntur, *id. ibid. tit. IIII.* §. 34. Ad *iura*, quae canonicis 4) competunt, pertinent α) ea, quae cum aliis collegiis clericorum ex institutis Pontificiorum retentis communia habent (§.

LXIII. seqq.): β) canonici senatum constituunt vel episcopi, qui dicuntur *maiores canonici*, *domini*, *canonici ecclesiae cathedralis* et *capitulares*, vulgo *Dom-Herren*, *Capitular-Herren*, *Hohe Capitularen*, vel alius praelati, qui *inferiores*, *canonici in specie sic dicti*, item *ecclesiae collegiatae*, nominantur, *dissert. nostra de collat. canonicat. inferior.* §. 10. et ibi citati: γ) beneficium habent, quod praebenda dicitur, BOEHMER cit. *lib.* III *tit.* V. §. 56. seq. quod si actu consequuntur, *canonici in floribus*, si spem percipiendi habent, *canonici in herbis* dicuntur, BOEHMER c. l. §. 79. et *electi ibid.* §. 82. Canonici in floribus vel plene participant reditus, vel minus plene; illi *maiores*, hi *minores* audiunt, *idem* §. 79. seqq.

§. LXXVIIII.

Sequuntur reliqui characteres. Inter canonici characteres referri debet ς), quod *obligationes* quasdam implere debeat (§. LXX.), puta α) a successione in res expeditorias sunt exclusi, et geradam consequuntur, *ius Sax. prouinc. lib.* I. *art.* 5. *conf.* BOEHMER *iur. eccles. prot. lib.* III. *tit.* I. §. 66. et β) quilibet canonicus speciale munus suscipere debet, BOEHMER cit. l. §. 104. Inde oriuntur scholastici, PERILL. FLOER-

FLOERCKE *de canonico scholastico. thesaurarii, custodes, primicerii*, et sic porro: Denique 6) saluis principiis ecclesiae Euangelicae retenti sunt canonici (§. cit. LXX.); quam ob rem a matrimonio non excluduntur, *conf.* BOEHMER cit. loc. *lib. III. tit. III.* §. 33. seqq.

Meditatio II.

De episcopis.

§. LXXX.

An dentur episcopi euangelici?

Sequitur tractatio de praelatis (§. LVII. n. 2. lit. *a*), quibus haud destituti sunt canonici (§. LVIIII. lit. a), quum eorum caput quoque sit episcopus. Inter Euangelicos in Germania reperitur episcopatus *Osnabrugensis* et *Lubecensis*, *Ill. Dn.* MOSER *Grund-Riss der heutigen Staats-Verfassung lib. IIII. cap. V.* §. 2. n. 2. BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. I. tit. VI.* §. 40. ita tamen, vt in illo alternatiua successio inter Pontificios episcopos et Augustinae confessioni addictos locum habeat, modo hi ex serenissima domo ducum Brunsuicensium et Luneburgensium eligantur, *instrum. pac. Osnabr. art. XIII.* §. 6. seq. *Lubecensis episcopus* in electionibus ad serenissimam stirpem Gottorpiensem adhuc

huc adstrictus est pacto, LVNDORP. *tom. XII. act. publ. cap.* 119. §. 10. *pag.* 422. seqq. *Ill. Dn.* MOSER cit. loc. §. 4. n. 2. BOEHMER cit. loc. Alii episcopatus Euangelici non reperiuntur, qui neque iure hereditario in primogenitum transferantur, cit. *Dn.* MORER *Staats-Recht tom. XI. pag.* 7. seqq. BOEHMER cit. loc. *lib. III. tit. III.* §. 33. vbi omnia ad capitulationem perpetuam et iura, quae princeps in territorio suo exercet, sunt adstricta, *ibid. eod.*; neque saeculo addicti sint, *instrum. pac. Osnabr. art. XI.* §. 1.

§. LXXXI.

Episcopi definitio et similia.

Episcopi euangelici sunt *principes imperii constituti a capitulo, vt intra certum districtum iura secularia et ecclesiastica antecessorum pontificiorum exerceant saluis religionis principiis* Differunt 1) ab aliis *Germaniae principibus* Euangelicorum, quod α) hi iure successionis imperium consequantur, episcopi vero, quia a capitulo ad episcopatum constituti, et β) illi iura episcopalia non tanquam episcopi, sed vi iuris territorialis exerceant (§. XVII.); 2) ab *episcopis Pontificiorum.* Hi enim α) omnia iura episcopalia exercent; euangelici ea tantum, quae principiis euangelicae religio-

gionis haud repugnant, et β) iurium episcopalium intuitu saltim Pontifici sunt subiecti (§. X.); contra episcopi apud Protestantes ratione horum iurium nemini parent *confer.* BOEHMER *iur. eccl. protestant. lib. III. tit. X.* §. 4. et CARPZOV *lib. V. resp.* 52. n. 28. seqq. Differunt denique 3) a *superintendentibus* (§. LVI. n. 2.): etenim hi α) non sunt principes, sed vicarii principum, CARPZOV. *iurisprud. consist. def.* 19. n. 12. et STRYK *in not. ad. ius eccles. Brunnem. lib. II. cap. VIII. §.* 21. β) a capitulo non constituuntur, sed a principe, BOEHMER cit. loc. *lib. I. tit. XXXI.* §. 81. neque γ) gerunt episcopalia iura in sensu pontificio talia, *id. ibid.* §. 76. seqq.

§. LXXXII.

Quidam episcopi characteres explicantur.

Quia protestantium episcopi sunt 1) principes, sequitur vt exerceant a) ius circa sacra (§. XVII.) b) habeant votum et sessionem in comitiis, *instr. pac. Osnabr. art. V. §.* 22. 2) constituuntur a capitulo, quae constitutio eadem est, vti supra (§. LXV. seqq.) de praelatis in genere fuit delineata 3) iura secularia antecessorum pontificiorum exercent, inde α) ipsis reditus ad conseruandam vitam et dignitatem suam assignati sunt,

qui

§. 10. dissent. STRYK *exam. iur. feud. cap.* XXI. q. 8. *b.* vide STRVV. *elem. iur. feud.* edit. nouiss. *Excell. Dn.* HELLFELD *cap.* XVI. §. 37. in fin.

MEDITAT. III.

DE

PRAEPOSITIS ATQVE DECANIS.

§. LXXXV.

Dantur praepositi apud protestantes.

Praepositi, ab eo, quod rebus capituli olim *praeponerentur*, dicti, teste BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* V. §. 28. magis necessarii facti, ex quo plura collegia canonicorum extra ecclesiam cathedralem constituta et in ecclesiis cathedralibus praepositis specialior cura demandata, quia episcopus aliis negotiis districtus, BOEHMER cit. loc. §. 66. In collegiis canonicorum maiorum et inferiorum apud Protestantes haud desunt praepositi, *ibid. eod.* qui immediati esse possunt et mediati, *id. ibid. lib.* III. *tit.* VIIII. §. 41. seq.

§. LXXXVI.

Decanorum origo et definitio.

Quum praepositi curae rerum temporalium se paene totus darent, in decanos inspectio in canonicorum vitam et mores multis in capitulis fere

vnice

vnice tranſiit, THOMASSINVS *diſciplin. vet. et nou. eccl. part. I. lib. III. cap. 66.* §. 15. inde, quod decem viros ſibi habebant ſubordinatos, decani dicti, WILDVOGEL *diſſ. de decanis cap. II. aph.* 9. Hodie vero praepoſitos et decanos in eſſentialibus, ſaltim apud Proteſtantes, conuenire cernimus, et ſunt praelati canonicorum a capitulo electi, vt ſpecialem canonicorum gerant curam.

§. LXXXVII.

Definitio explicatur.

Praepoſiti et decani ſunt 1) praelati, WILDVOGEL diſſ. *de decanis cap.* II. *aph.* 12. 2) a capitulo eliguntur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* V. §. 69. quae electio ab ea, quae praelatis communis (§. LXVI. ſeqq.), haud differt, *id. ibid.* 3) ſpecialiorem canonicorum gerunt curam, quam, defuncto decano aut praepoſito, ſenior, aut, eo abſente, ſubſenior ſibi habet commendatam, WILDVOGEL cit. loc. *aph.* 16. et ibi laudata *ſtatuta capituli eccleſiae Magdeburgenſis ad S. Nicolai claſſ.* 16. n. 5. niſi prodecanus conſtitutus ſit, BOEHMER cit. loc. *lib.* III. *tit.* VI. *§.* 19. aut praepoſita, vti in capitulis quibusdam femininis fit, ius conuocandi habeat, *id. ibid. lib.* I. *tit.* VI. §. 44. et *lib.* III. *tit.* V. §. 65. in fin. Potiora iura prae-

 poſiti

positi et decani sunt, quod α) conuocet capitulum, β) vota colligat, γ) ipsi primum votum competat, et δ) ex votis sententiam formet ac pronunciet, WILDVOGEL cit. loc. *aph.* 14. et BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 68. et *lib.* III. *tit.* XI. §. 3.

MEDITATIO IIII.

DE EQVITIBVS SACRIS.

§. LXXXVIII.

Definitio ordinum sacrorum et fata templarii.

Societates saeculo duodecimo erectae a quibusdam eorum, qui in expeditionibus contra Saracenos ad recuperandam terram sanctam arma gerebant, ordines sacri equestres appellantur, et qui *sodalis eiusmodi societatis* est, *eques sacer* audit. *Tres* ex his ordinibus in Germania fuerunt reperti, *Templarius* puta, *Ioanniticus* et *Teutonicus. Templarius ordo* est *ordo sacer anno* CIↃ CXVIII. *erectus, vt itinera ad terram sanctam proficiscentium contra latronum insidias conseruaret,* THOMASIVS diss. *de templar. equit. ordine sublato* §. 1. Quia vero hic ordo ex inuidia regum et pontificum, praeuio pacto inter Clementem V. et Philippum pulchrum, regem Galliae, de exstirpando hoc ordine, horrendo modo

do exstinctus est, *id. ibid.* §. 32. seqq. et nullus eques huius ordinis superest; reliqui duo ordines nobis considerandi sunt sine dubio, quum ad nostra vsque tempora equites Ioannitici et Teutonici apud Protestantes obueniant, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. III.* §. 32.

§. LXXXVIIII.

Communia ordinis Ioannitici et Teutonici.

Illi ordines sacri equestres, quos adhuc superesse cernimus, in eo *conueniunt*, quod 1.) tempore fundationis exigui fuerint momenti, BECMANN *vom Iohanniter-Orden cap. II.* §. 2. seq. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. I.* §. 116. et 118. 2.) eximia augmenta habuerint, VENATOR *vom teutschen Marianischen Ritter-Orden lib. I. cap. I.* et BECMANN *cit. loc.* §. 10. 3.) certis reditibus gaudeant, qui *commendae* dicuntur, *instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 14. et 25. COCCEIVS *de titul. et commendar. conuenientia*, ita tamen, vt multi equites, vti canonici in herbis (§. LXXVIII. lit. γ.), commendae intuitu exspectatiuarii sint, et eo ordine, vti recepti sunt inter equites, succedere soleant in commendas, BOEHMER *cit. lib. III. tit. V.* §. 149. in fin. 4.) subordinatio in ordinibus sacris reperiatur,

in qua quilibet superior habet senatum ecclesiasticum, BOEHMER cit. loc. §. 145. et 148. in fin. et 5.) non nisi nobiles admittantur, BECMANN *cit. cap.* II. §. 17. VENATOR cit. loc.

§. LXXXX.

Ordinis Ioannitici definitio et octo linguae.

Singularia cuiusuis ordinis sacri sequuntur explicanda. *Ordo sacer Ioanniticus* est *ordo sacer equestris in octo linguas diuisus, cuius caput est magnus commendator. Octo linguae seu nationes* sunt 1.) prouincia, ex qua *magnus commendator* eligitur, 2.) Aluernia, cuius caput est *mareschallus*, 3.) Francia, cuius caput *hospitalius magnus* dicitur, 4.) Italica, cuius caput *admiralius* audit, 5.) Arragonia, ex qua desumitur *magnus conseruator, der Gran-Conseruator* seu *Drapierius*, 6.) Anglicana, quae sub Henrico VIII. fere in totum exspirauit, huius caput olim *Turcopelierus*, 7.) Germanica, huius caput appellatur *magnus prior*, vulgo *der Grofs-Balley von Teutschland*, et 8.) Castiliana, cuius caput est *magnus cancellarius*, *der Grofs-Canzler*, BECMANN *vom Iohanniter-Orden cap. II.* §. 16. conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 148.

§. LXXXXI.

§. LXXXXI.

Obseruationes circa ista linguas

De his linguis notes, velim, quod 1.) quaelibet sub se habeat prioratus, baliuias et commendas, BOEHMER. *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 147. et BECMANN *vom Iohanniter-Orden cap. II.* §. 10. ita vt equitum tria millia existere feratur, BECMANN *cit. cap. II.* §. vlt. 2.) lingua Germanica in quatuor prioratus diuisa sit, Germanicum puta, Bohemicum, Hungaricum et Danicum, quorum duo posteriores lapsu temporis desierunt, BOEHMER cit. loc. §. 148. et BECMANN cit. loc. *cap. III.* per tot. 3.) *praefectus prioratus Germanici* audiat *ordinis S. Ioannis baptistae Hierosolymitani supremus per Germaniam magister*, FABRI *Staats-Canzley tom. XVII. pag.* 815. qui in comitiis imperii proximus a Marbacensi abbate sedem habet, BOEHMER *ibid. eod.* 4.) praecipua prioratus Germanici baliuia sit Brandenburgiea, quae nomine *magisterii dominici* siue *des Meisterthums, des Herren-Meisterthums* gaudet, *cuius sedes* est *Sonenburgae*, vbi iure nominandi et protegendi munitus est elector Brandenburgicus, *instr. pac. Osnabr. art. XII.* §. 3. in fin. ILL. DN. ENGAV *elem. iur. eccles. lib. I. tit. X.* §. 135. *n.* 3. BECMANN cit. loc. *cap. IIII.* seqq. et DITHMAR

 Nach-

Nachricht von denen Herren-Meistern denique 5.) quod equites Ioannitici euangelici in matrimonio viuere possint, BECMANN cit. loc. *cap. VI.* §. 2. et STRYK diss. *de iure papali princ. euangel. cap. V.* §. 11.

§. LXXXXII.

De magno commendatore.

Caput ordinis Ioannitici est *magnus commendator* (§. LXXXX.). Hic eiectis Christianis ex terra sancta anno CIƆCCLXXXXI. insulam *Cyprum* petiit, eamque a Saracenis deserere coactus sedem in insula *Rhodo* quaesiuit, qua a Turcis anno CIƆ IƆ XXII. occupata insula *Malta* ipsi sub quibusdam conditionibus a Carolo V. anno CIƆ IƆ XXX. concessa fuit. Inde *equites* ordinis Ioannitici quoque *Rhodenses* et *Maltenses* dicuntur. Quod vberius illustratur apud BECMANN *vom Iohanniter-Orden cap. II.* §. *6.* seqq.

§. LXXXXIII.

Ordinis Teutonici definitio et iura.

Ordo Teutonicus seu S. Mariae est *ordo sacer equitum Germanicorum in baliuias et commendas distinctus, cuius caput est magnus ordinis magister.* In hunc ordinem 1.) non nisi Germani recipiuntur, BECMANN *vom Iohanniter-Orden cap.* I. §. 14. qui maiores probare pos-

possunt. Ordo 2) in XIII. balivias olim fuit diuisus, quae sunt: Lotharingia, Burgundia, Alsatia, Confluentes, Austria, Franconia, Tyrolum, Bissenum, Hassia, Vltraiectinum, Thuringia, Westphalia et Saxonia, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 144. ex quibus duae, puta Burgundica et Vltraiectina exemtae, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. I. tit. X.* §. 133. *not.* Cuilibet baliuiae seu prouinciae praeest *commendator prouincialis der Land-Commenthur*, qui vices magni ordinis Magistri gerit in sua baliuia, BOEHMER cit. loc. In singulis baliuiis reperiuntur plures *commendatores simplices, die Comther*, *id. ibid.*

§. LXXXXIIII.

De magno ordinis magistro.

Teutonici ordinis caput est *magnus ordinis magister*, *der Hochmeister* (§. pr.). qui olim Marburgi, hodie Mergenthemii sedem habet, et in comitiis imperii archiepiscopos immediate sequitur, LVNDORP. *tom. IIII. act. publ. lib. IIII. cap.* 44. §. 5. Eius senatum constituunt omnes commendatores prouinciales, et horum cuiusuis senatum efficiunt eius baliuiae commendatores simplices, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 145. Denique notatu dignum,

 quod

quod ipsi euangelici equites ad vota quodammodo obstricti, BOEHMER cit. loc. *lib. III. tit. III.* §. 32. et *tit.* V. §. 149. et vberius apud VENATOREM *vom Marianischen Teutschen Ritter-Orden lib.* I.

MEDITAT. V.

DE

CONVENTVALIBVS ET EORVM PRAELATIS.

§. LXXXXV.

Collegii conuentualium definitio et constitutio.

Plura Augustanae confessioni addicta collegia vtriusque sexus in Germania reperiuntur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit.* XXXV. §. 70. quae *conuentualium* aut *monialium* nomine veniunt. Si *haec collegia* secundum statum hodiernum describi debent, *sunt senatus ecclesiasticus eorum, qui in coelibatu sub directione praelati viuunt, et in locum ac iura eorum venerunt, qui ante reformationem ad obseruationem trium votorum obstricti erant* (§. LV. n. 3.). *Locum, quem occupant* haec collegia cum Pontificiis *monasterium* appellant Protestantes. Quorum numerus ob statum anni decretorii (§. XXIII.) augeri nequit in locis mixtae religionis, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXVI. §. 9.

§. 9. seq. ne quidem mutari, *ibid.* §. 15. Extra terras mixtae religionis princeps vtrumque potest, quod apud Protestantes rarius fit, *id. ibid.* §. 5.

§. LXXXXVI.

Characteres explicantur

Conuentuales 1.) constituunt *collegia* (§. pr.), quae iisdem iuribus, vti alii senatus clericorum ex institutis pontificiis retentorum (§. LXIII. seqq.), gaudent, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXV. §. 66.: diuisionem vero conuentuum in localem, prouincialem et generalem ignorant, *id. ibid.* Conuentuales et moniales 2.) *matrimonium celebrare nequeunt*, nisi resignare velint, *id. ibid.* §. 70. licet 3.) voto paupertatis, castitatis et obedientiae non sint obstricti, *id. ibid.* et *eiusd. lib.* III. *tit.* XXV. §. 23. tandem 4.) habent superiores, qui tamen sibi inuicem haud subordinati sunt, vti apud Pontificios, quum generales et prouinciales lateant Protestantes, BOEHMER cit. loc. §. 43. Ipsum caput conuentualium et monialium collegii variis gaudet nominibus, quum *abbates*, *praepositi*, *decani* et *priores* dici soleant.

§. LXXXXVII.

Conuentualium superioris iura.

Superiores conuentualium in eo apud Pro-

Protestantes conueniunt, quod 1.) gaudeant iuribus praelatorum communibus (§. LX.), 2.) *mediati* aut *immediati* sint, quorum *illi* a principe, in cuius territorio reperiuntur, confirmantur, aut ex pacto constituuntur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXV. §. 64. et status prouinciales sunt, *ibid. tit.* XXXVI. §. 29. *hi* vero nulla confirmatione egent, BOEHMER *cit. lib.* III. *tit.* XXXV. §. 64. atque iuribus statuum imperii fruuntur, *ibid.* §. 39. seqq. 3.) diuisio in *mitratos* et *non-mitratos* apud Protestantes locum non inueniat, ibid. eod. §. 43. 4.) Praelati conuentualium legi coelibatus apud Protestantes non sunt obstricti, THÜLEMARIVS *rationes, dass eine der euangel. relig. zugethane Aebtissin in Teutschland, wenn sie sich verheirathet, nicht noethig habe zu resigniren,* conf. BOEHMER cit. loc. *lib.* III. *tit.* III. §. 23. nisi sub lege coelibatus praelatura ipsi demandata, confer. BOEHMER cit. loc. §. 24. seqq. *dissent. auctor mantissae* VIIII. *scripto Thulemarii additae:* nec 5.) testari impediantur, nisi statutum hoc iubeat apud Protestantes quoad hunc passum receptum, BRVNNEMANN *iur. eccl. lib.* II. *cap.* X. §. 7. et *cap.* XII. §. 15. ad fin. conf. LYNCKER *consil. vol.* I. *resp.* 138.

§. LXXXXVIII.

§. LXXXXVIII.

De praepositis, decanis et prioribus.

Inter *praelatos conuentualium* praeter abbatem referri debent 1) *praepositi*, qui non ſolum ad canonicorum bona (§. LXXXV.), ſed etiam ad conuentualium bona adminiſtranda conſtituti, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 38. et apud ipſos Proteſtantes modo loco abbatis, modo proximam poſt abbatem gerunt poteſtatem: 2) *decani*, qui ab initio poſt abbatem et praepoſitum curam decem monachorum gerebant, ESPEN *iur. eccl. part. I. tit. XI. cap. 2.* §. 1. a decanis in collegiis canonicorum (§. LXXXVI.) differunt ſucceſſu temporis in multis monaſteriis locum praepoſitorum, et alibi totam directionem conuentualium conſecuti ſunt, BOEHMER c. l. §. 67. et *eiusd. lib. tit. XXXV.* §. 61. 3) *priores* ab iis, qui inter equites ſacros obueniunt (§. LXXXXI.) diſtincti, ideoque *conuentuales* dicti, alibi loco abbatis, alibi poſt abbaten iurisdictionem exercent, *cap. 6. X. de ſtatu monach.* BOEHMER cit. l. §. 58.

TIT.

Tit. III.
DE CLERICIS AD PROMOVENDVM FINEM ECCLESIAE EVANGELICAE CONSTITVTIS.

Sectio I.
DE PASTORIBVS.

§. LXXXXVIIII.

Pastoris definitio, eiusdem constitutionis capita.

Explicatis iuribus eorum clericorum, qui ex Pontificiorum institutis retenti sunt (tit. II. per tot.); sequuntur *clericis ad promouendum finem ecclesiae nostrae constituti* (§. LIIII.), quorum quidam *constituuntur ad explicationem dogmatum et administrationem mediorum salutis modo in scriptura sacra et libris symbolicis determinato*, et *pastores dicti* (§. LVI.). Hi pastores 1) egent *constitutione*, quae tanto maiori cura suscipitur, quo grauius est officium, ad quod constituuntur, quae praecautiones septem continent capita, puta 1) examen, 2) nominationem, 3) vocationem, 4) praesentationem, 5) confirmationem, 6) ordinationem et 7) inuestituram seu introductionem, CARPZOV. *iurispr. eccl. lib. I. def.* 22. GOTTL. SLEVOGT tract. *de vocat. ad pastorat. sub*

ſub condit. matrim. cum defunct. paſtoris vidua aut filia §. 3. *ſeqq.*

§. C.

Examinis definitio et requiſita candidati habilis.

Examen, quod cum eo, qui ad officium paſtoris tendit, inſtituendum (§. pr. n. 1.), et *primum* item *tentamen* dicitur, *eſt inueſtigatio, vtrum requiſita ad officium paſtorale neceſſaria in candidato reperiantur. Requiſita* ad officium paſtorale *neceſſaria* ob miniſterii eius qualitatem (§. pr.) ſunt 1) dona animi et ſcientia, quae munus paſtoris poſtulat, BRVNNEMAN. *iur. eccl. lib. I. cap. V.* §. 24. DEDEKENN. *conſil. theol. vol. I. pag.* 795. *num.* 5. 2) vita ad imitationem et doctrinae confirmationem exemplaris conf. BOEHMER *iur. eccleſ. prot. lib. I. tit. XII.* §. 8. ſeq. et *ibi cit. conſtit. eccleſiaſt.* WILLENBERG *de officio vocantis et vocati*, *cap. II.* §. 37. 3) ſexus maſculinus, inde feminae et hermaphroditi haud admittendi, *id. ibid.* §. 45. et MAYER diſſ. *de ſacerdot. androgyno*; 4) vt vitio corporis laborantes maneant excluſi, non quidem neceſſitatis, ſed vtilitatis eſt, BRVNNEMAN. *cit. lib. I. cap. V.* §. 12. neque 5) vt ad aetatem certam reſpiciatur, neceſſe, *id. ibid.* §. 11. neque 6) pro-
mo-

motio per saltus vbique prohibita, BOEHMER cit. loc. *tit. XIIII.* §. 7.

§. CI.

A quo et quomodo examen suscipiendum sit?

Vt constet de *requisitis, quae sensus non incurrunt* (§. pr. n. 1. et 2.) inquirendum a consistorio, superintendente, aut cuicunque princeps, qui curam, vt habilis constituatur minister, gerit (§. XXVIIII. n. 5.), demandauit, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XII.* §. 3. et 4. *Examinantes* iis mediis vtuntur, quae sufficiunt ad indagandas qualitates ministri, quo pertinet, vt 1) testimonia vitae ante actae iudicialia exigant, BOEHMER cit. loc. §. 9. seqq. et *ibi laudat. constit. eccl.* 2) ad explorandam doctrinam plures constitutiones ecclesiasticae a BOEHHERO cit. loc. §. 13. seqq. laudatae requirunt, vt *examen* instituatur α) de summis religionis nostrae capitibus, β) de studio linguarum sacri codicis originalium, γ) vtrum examinandus innutritus sit doctrina librorum symbolicorum et δ) responsiones suas dictis biblicis corroborare eorumque sensum sistere queat, ε) de prudentia pastorali et praxi theologica. 3) cauendum, ne suggerantur responsiones, multo minus de quaestionibus ante examen certior redden-

dus

dus candidatus est, et 4) vniuersum negotium protocollo inserendum, STRYK *ad* BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* I. *cap. V.* §. 23. *Hoc examen vel plane omittitur, vel minus rigorose instituitur,* si de habilitate examinantibus aliunde constat, quale quid in iis, qui ab vno officio ad aliud vocantur, occurrit, BOEHMER cit. loc. §. 7.

§. CII.

Nominationis et canonis probatoriae definitio

Sequitur *nominatio* (§. LXXXXVIIII. n. 2.), quae *est ius offerendi candidatum ad concionem probatoriam, de* LVDEWIG *de nominatore haeretico ad parochiam cap. II.* §. 1. *inter opusc. tom. II. lib. III. opusc. II. Concio probatoria* seu δοκιμαστική, vulgo *Probe-Predigt* nobis est *oratio, qua candidatus animi dotes prodit, vt membra ecclesiae deliberare possint, an hunc candidatum pro suo pastore agnoscere velint,* KRAVSS diss. *de concione docimastica.*

§. CIII.

et iura

Hoc *ius nominandi* 1) competit illi, qui hoc ius collegiale exercet, BOEHMER *I. E. P. lib.* III. *tit.* XXXVIII. §. 67. 2) ad principem diriguntur preces, vt ad concionem docimasticam admittatur, GOTTL. SLEVOGT tr. *de vocat. ad pasto-*

pastorat. sub condit. matrim. §. 4. inde cessare debent, si ipse princeps iuribus collegialibus fruitur, quum sibi ipsi candidatum ad probatoriam concionem offerre non possit: 3) ipsa concio haud omittenda, ex sententia CARPZOVII *iurispr. eccles. lib. I. def.* 27. *seq.* 4) superintendens finita concione ex populo quaerit, an contra vitam, doctrinam et mores aliquid monendum videatur, BOEHMER cit. loc. *lib. III. tit. XXXVIII.* §. 80. *n.* 3. 5) populi dissensus tamen haud attenditur, si ratione sufficienti destituitur, BRVNNEM. cit. loc. *lib. II. cap. VIII.* §. 19. STRYK *in not. ad eund. lib. I. cap. VI. membr.* 12. §. 16. WILDVOGEL diss. *de voto negatiuo.*

§. CIIII.

Vocationis definitio diuisio.

Nominatus vocatur ad pastoratum (§. LXXXXVIIII. n. 3.), *si declaratur, cuinam officium pastoris in coetu quodam ecclesiastico demandetur. Haec declaratio* aut *immediate* a deo instituitur, quale *in veteri testamento* factum esse legitur *Exod. III. V. VI. seq. Ierem. I,* 5. 6. 7. *Ezech. II,* 3. *seqq. Ion. I. seqq.* et *in nouo foedere* a Christo *Matth. XXVIII,* 19. *Marc. XVI,* 15. *Luc. XXIIII,* 47. et *Ioan. XX,* 21. aut *mediate* suscipitur

pitur ab iis, qui exercent iura collegialia, quod post adscensionem saluatoris semper fieri debet. Haec *mediata* est *legitima*, quae ab aliis *diuina* dicitur, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. I.* §. 4. et *iur. paroch. sect. III. cap. I.* §. 5. CARPZ. *iurispr. consist. lib. I. def.* 62. n. 4. *si quis se haud obtrudit, nec media prohibita adhibet*, conf. WILLENBERG *de officio vocati et vocantis, cap. II.* §. 32. *seq. et cap. III. per tot.* atque *interna* nominari debet, *si apud se stimulum et inclinationem deprehendit, vt credat, se tali ductui adsensum praebere eidemque obsequi oportere*, cit. WILLENBERG §. 34.

§. CV.

Quomodo et a quo vocatio fiat?

Haec *vocatio vel oretenus vel in scriptis* suscipitur, WILLENBERG *de offic. vocant. et vocat. cap. III.* §. 60. *quod posterius* apud Protestantes frequentius. Quia doctoris ecclesiae constitutio ad iura collegialia pertinet (§. IIII. n. 2.); patet, cur modo princeps (§. XXVIIII. n. 5.), modo totus coetus ecclesiasticus (§. XXX.), modo presbyterium, modo patronus (§. XXXI.) iure vocandi pastorem munitus sit, BOEHMER *iur. paroch. sect. III. cap. I.* §. 12. et *iur. eccl. prot. lib. I. tit. VI.* §. 15. *et* 16.

Vocatus dum litteras vacationis accipit, factae electioni subscribit, GOTTL. SLEVOGT *de vocat. ad pastorat. sub condit. matrim.* §. 5. n. 2. Eadem iura locum habent, si ad officium secundum quid vacans vocatur substitutus v. c. quod pastor ab officio suspensus vel ob senium aut morbum sonticum ei superesse impeditus sit. WILLENBERG. cit. loc. *cap. II.* §. 57. seqq.

§. CVI.

Praesentationis tempus, definitio et characterum explicatio.

Alibi ante vocationem, alibi post eam, alibi vna cum vocatione, testante BOEHMERO *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXVIII.* §. 103. suscipitur *praesentatio* (§. LXXXXVIIII. n. 4.), quae sunt *preces vocantis ad principem legitime directae, vt vocationem, si habilem credat candidatum sua auctoritate muniat. Preces* 1) vocantem habent auctorem; qui quum semper sit ille, qui iura collegialia exercet (§. pr.); sequitur, vt in patronata ecclesia praesentatio a patrono suscipiatur, BOEHMMR cit. loc. §. 83. 2) *ad principem* diriguntur. Inde patet α) si ipse princeps iure vocandi gaudeat (§. pr.), hunc actum cessare, quia sibi ipsi candidatum praesentare non potest; β) ad consistorium saepe diriguntur preces, conf. BOEHMER cit.

cit. loc. §. 104. quia hoc iura principis circa ecclesiam exercet. Vt 3) *legitime* dirigantur preces ad principem; opus est, α) vt per litteras suscipiatur praesentatio, *cap. 6. X. de his, quae fiunt a praelat.* BOEHMER cit. loc. §. 91. et β) antequam tempus praesentationi destinatum elapsum est, *cap.* 12. 22. et 27. *X. de iure patronat.* BOEHMER cit. loc. §. 94. seqq. quod in legibus ecclesiasticis Protestantium determinatum, quales laudat BOEHMER cit. loc. §. 97. quod haud currit pendente lite super inhabilitate candidati, *id. ibid.* §. 98.

§. CVII.

Vltimus praesentationis character.

Denique 4) *de candidati habilitate* principi constare debet (§. pr.). Eam ob rem *examen rigorosum* institui solet, licet forsan tentamen iam praemissum §. C.): BOEHMER *iur. paroch. sect. III. cap. I.* §. 13. ab hoc enim differt 1) fine, et 2) rigore, WILLENBERG *de offic. vocantis et vocati* §. 76. Candidatus absque iusta caussa haud reiiciendus, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXVIII.* §. 98. Si iusta caussa adest, iure collegiali gaudens alium eligere potest, si tempus collationi destinatum (§. pr. n. 3. lit. β) nondum elapsum, *id. ibid.* *Praesentatus*, qui *habilis* reperitur, *con-*

firmatur, *ordinatur*, et *introducitur;* quae partes constitutionis iam penitius enucleandae sunt.

§. CVIII.

Confirmationis definitio et iura.

Confirmatio, quae inter capita constitutionis pastoris (§. LXXXXVIIII. n. 5.) relata, est *declaratio principis*, *se ratam habere factam electionem.* Haec *confirmatio* 1) *a principe* exercetur vi iuris circa sacra, quod ipsi, intuitu ecclesiae, cui pastor praeponendus, competit (§. III. n. 3.); 2) *per consistoria* saepe peragitur; 3) *mediantibus litteris confirmatoriis* aut a vocatoriis distinctis, aut his subsignatis: quid? quod 4) *sub vocatione comprehenditur*, si ipse princeps iure vocandi fruitur. GOTTL. SLEVOGT *de vocat. ad pastorat. sub condit. matrimon.* §. 6

§. CVIIII.

Ordinationis conceptus et characterum explicatio.

Sequitur *ordinatio* (§. LXXXXVIIII. n. 6.). Haec *est ritus ecclesiasticus*, *quo vocato facultas solenniter tribuitur officio pastoris fungendi.* Ordinationem appellamus 1) ritum ecclesiasticum, non diuini iuris, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XI.* §. 11. *seqq.* SECKENDORFF. *hist. Lutheran. Lib. III.* §. 43. *addit. in fin.* SPENERVS *in consil. German. tom.*

tom. IIII. cap. VII. art. 4. sect. 25. in fin. 2) supponit ordinatio vocationem, quare protestantes ordinationem nemini concedunt, nisi adsit officium, quo fungi debeat, conf. BOEHMER cit. loc. §. 25. et BRVNNEMAN. *iur. eccl. lib. I. cap. V.* §. 21. 3) per ordinationem conceditur facultas officio pastoris fungendi: inde α) semel concessa haud repetitur, licet quis alium pastoratum obtineat, BOEHMER cit. loc. §. 9. neque β) in ecclesia vacante ordinatio suscipitur, sed in cathedrali, WILLENBERG *de offic. vocantis et vocati cap. IIII.* §. 86. quod displicet BOEHMERO cit loc. §. 18. seqq. γ) quia in ordinatione desunt characteres inuestiturae, illam cum inuestitura abusiua conuenire non videtur: dissentit BOEHMER cit. loc. *lib. III. tit. VII.* §. 15.

§. CX.

Quis ordinationem instituat?

Vi definitionis (§. pr.) ordinatio 4) *solenniter* instituenda est. Eam principi competere, omnes Protestantes concedunt, ZIEGLER *de superintendent. cap. IIII.* §. 4. qui vt plurimum superintendenti reliquit, conf. BOEHMER *iur. eccl. protest. lib. I. tit. XIII.* §. 5. Neque necessarium α) vt ordinator ipse sit ordinatus, ZIEGLER cit. loc. §. 9.

conf. BOEHMER cit. loc. §. 6. seq. et WILLENBERG *de offic. vocant. et vocat. cap. IIII.* §. 83. *seq.* dissentit MEVIVS *part. III. decis.* 134. et BRVNNEMAN. *iur. eccl. lib. I. cap. V.* §. 27. aut β) orthodoxus, BOEHMER cit. loc. *tit. XVI.* §. 9. 10. GERHARD *loco de ministerio eccles.* §. 155. Si dominus territorialis ipse superintendente destituitur, aut ordinando praescribitur ordinator; aut facultas ipsi relinquitur sibi superintendentem ordinatorem eligendi, vnde *litterae dimissoriales* oriuntur, BOEHMER *cit. lib. I. tit. XIII.* §. 10.

§. CXI.

Quando et quomodo ordinatio suscipiatur.

Inter *solennia ordinationis* quoque referri debet, quod 1) die dominico vt plurimum suscipienda, *ordinat. eccl. cit.* ap. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XI.* §. 21. 2) adhibeantur preces, 3) admonitio, conf. BOEHMER cit. loc. *tit. XV.* §. 4. et 4) capiti ordinandi imponantur manus, BOEHMER cit. loc. §. 17., ritus a patriarchis *Genes. XXXXVIII,* 13. 14. *Numer. XXVII,* 18. 23. *Deut. XXXIIII,* 9. et Christi ac apostolorum temporibus adhibitus *Marc. XVI,* 18. *Act. VI,* 6. *VIII,* 17. *VIIII,* 17. *XIII,* 3. *XVIIII,* 6. Quae quidem manuum impositio non semper ad

ad officium ecclesiasticum obtinendum directa, nec vlla legi iniuncta fuit, WILLENBERG *de iure vocantis et vocati cap.* IIII. §. 78. *in fin. et seqq.* Equidem munera ordinatori non sunt offerenda, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* I. *tit.* XI. §. 28. alias tamen sumtus requirit ordinatio, quae ab ecclesia, cui ordinatus praeficiendus, refundendi, CARPZ. *iurispr. eccl. lib.* I. *def.* 53. BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* I. *cap.* V. §. 25. *in fin.* et SCHILTER *inst. iur. can. lib.* I. *tit.* XV. §. 5.

§. CXII.

De iuramentis a pastore praestandis.

Ordinationem alibi praecedit, WILLENBERG *de offic. vocant. et vocat. cap.* IIII. §. 77. alibi sequitur, BOEHMER *iur. paroch. sect. III. cap. II.* §. 47. *praestatio quorumdam iuramentorum*; nimirum 1) *religionis*, quod est *iuramentum, quo a pastore promittitur, quod in religione euangelica constanter perseuerare, et, si forte ab illa discedere placuerit, id consistorio indicare et exspectare velit, quid statuat*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* I. *tit.* XII. §. 24. *in fin.*. In huius iurisiurandi rationem inquirit SECKENDORF. *hist. Luther. lib.* III. §. 64. *n.* 5. eius aequitatem alii defendunt, *S. R.* WALCHIVS *in introd. in libr. symb. part.* II. *cap.* II.

 §. 5.

§. 5. *seqq.* HALLWACHS differt. *de iustitia iuramenti religionis a fine ciuitatum adstructa*, MENCKEN differt. *de subscript. libror. symbol.* alii impugnant, conf. BOEHMER cit. loc. §. 26. et *cit. iur. paroch. sect.* III. *cap.* I. §. 48. *seqq. id.* in diff. *de contractu non praelecto cap.* II. §. 16. *seqq.* et ARNOLD *Kirchen- und Ketzer-Historie part.* II. *lib.* XVI. *cap.* 18. §. 5. *seqq.* Huic iuramento addi solet 2) *iusiurandum subiectionis* siue *fidelitatis. Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* I. *tit.* XXXIII. §. 336. *lit. d. quo promittitur subiectio imperanti exhibenda*; et quibusdam in locis 3) *iusiurandum simoniae*, SAHME diff. *de iuram. simoniae a candidato S. ministerii in consistoriis regni Prussiae praestando, quo asseritur, se nulla media illicita adhibuisse ad consecutionem officii*, conf. BOEHMER *cit. iur. eccl. prot. lib.* V. *tit.* III. §. 27.

§. CXIII.

Inuestiturae definitio, forma,

Post ordinationem suscipitur denique 7) *inuestitura* siue *introductio pastoris* (§. LXXXXVIIII. n. 7.), quae *Einweihung*, *Einführung* dicitur, BOEHMER *iur. par. sect.* III. *cap.* I. §. 52. eaque *actus* est *solennis*, *quo pastor nouus in actualem possessionem officii et redituum deducitur. Solennis* ideo appellanda est haec

haec inueſtitura, quia ſuſcipitur cum precibus, quibus officium paſtoris deo commendatur, et adhortatione, qua paſtor et auditores officii ſui admonentur, SCHILTER *inſt. iur. can. lib. I. tit. XVI.* §. 5. et 8. non vero haec ſolennitas lege diuina praeſcripta eſt, ZIEGLER *de ſuperintend. cap.* XV. §. 5. *ſeqq.* BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* I. *cap.* V. §. 27.

§. CXIIII.

et finis.

Finis inueſtiturae 1) eſt, vt paſtor actualem poſſeſſionem officii conſequatur (§. pr.), quam transfert ille, cui demandauit princeps, BOEHMER *iur. paroch. ſect.* III. *cap.* I. §. 55. conf. WILLENBERG. *de offic. vocant. et vocat. cap.* IIII. §. 92. diſſent. MEVIVS *part.* III. *dec.* 134. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* I. *cap.* V. §. 27. qui laicum volunt excluſum. Hanc translationem fere vbique ſuſcipit ſuperintendens illius dioeceſeos, in qua ſita eſt eccleſia, cui nouus paſtor praeficiendus, ZIEGLER *de ſuperint. cap.* XV. §. 3. et CARPZOV. *iurispr. eccl. lib.* I. *def.* 55. *n.* 2. 2) vt paſtor in actualem poſſeſſionem redituum deducatur (§. pr.), BOEHMER cit. loc. §. 56. Sumtus occaſione inueſtiturae faciendi ab eccleſia praeſtandi ſunt, WILLENBERG. cit. loc. §. 93.

§. CXV.

De pastoris officio

Haec de pastoris institutione. Sequitur 2) eiusdem *officium* (§. LXXXXVIIII.). Verbi diuini minister 1) docere debet dei verbum, ex eoque hortari, minari, solari; nec fauore, nec timore labia sua sibi comprimi patiatur, *Psalm.* XXXX, 10. 2) verbum diuinum tractare debet iuxta cuiusuis auditorum necessitatem, conf. WILLENBERG. *de offic. vocant. et vocat.* cap. V. §. 138. inpe *α*) homilias ad auditorum aedificationem instituat, LANGII diss. duae *de iusta concionum mensura et forma*, et β) eorum profectus in christianismo *Tit. I*, 13 *II*, 2. 1 *Petr. II.* moresque, quomodo domui suae praesint, 1 Tim. V, 4. exploret; si quid deprehendat, priuatim corrigat, RIVIVS *de offic. minist. eccl. in pagis pag.* 81. *seq.* qua ex re visitationes domesticae *a* multis commendantur, SECKENDORF. *in Christen-Staat lib.* III. *cap.* XIII. §. 3. et 9. *in addition.* BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* I. *cap.* VI. *membr.* 2. §. 2. et BOEHMER. *iur. paroch. sect.* IIII. *cap.* IIII. *per tot.*

§. CXVI.

Continuatio

Verbi diuini minister sit 3) *exemplum gregis*; quum alioquin vtilitas ex do-

doctrina expectanda impediatur, WERNHER *princip. iuris eccl. prot. cap.* III. §. 5. seqq. inde parochus obstringitur ad decorum vestitus *id. ibid.* §. 18. seq. 4) dum *elencho* vtitur, ab intemperato zelo, MARPERGERS *wahrer Lehr-Elenchus part.* I. *cap.* V. et a nominatione personae, qua existimatio paccatoris laeditur, abstineat, WERNHER cit. loc. §. 12. seq. Ea, quae ad singulos actus ministeriales et administrationem sacrorum spectant, vbi de horum iure sermo erit, commodius explicabuntur.

§. CXVII.

Definitio parochiae.

Pastor perfecte obligatus est, vt officium (§. CXV. seq.) delineatum exerceat in vtilitatem eorum, qui intra *districtum ad ecclesiasterium pertinens* domicilium habent. *Talismodi districtus* dicitur *parochia*, melius *paroecia*, DU FRESNE *glossar. med. et infin. latin.* voce *parochia*; *qui intra eamdem domicilium habet*, *paroecianus*, vulgo *parochianus*, et *ecclesiasterium*, *in quo parochiani sacris frui debent*, *paroeciale* seu *parochiale* appellatur; in cuius vocis originem inquirit BOEHMER *iur. paroch. sect.* II. *cap.* II. §. 27. seqq. et §. 50.

§. CXVIII.

§. CXVIII.

Primus parochiae character explicatur.

Parochia dicitur 1) *districtus* (§. pr.); qui, prout numerus auditorum suadet, *modo* partem vrbis vel pagi, *modo* integrum locum, *modo* plura loca comprehendit, BOEHMER *iur. paroch. sect. III. cap. III.* §. 5. *seq.* *Primo casu* videndum, quaenam domus ad singulas ecclesias parochiales pertineant, *id. ibid. cap. II.* §. 24. *Altero* autem omnes aedes illius loci sunt parochiales, *ibid.* §. 10. *Si* denique *plura loca* vnam parochiam constituunt, *inhabilitatores* 1) *illius loci, vbi parochus domicilium habitat*, audiunt *parochiani ecclesiae matris*, 2) *illius loci, in quo parochus non habitat, ecclesiasterium tamen exstructum est*, dicuntur *parochiani ecclesiae filiae*, et 3) *illius loci, vbi nec parochi domicilium, nec ecclesiasterium reperitur*, appellantur *die Eingepfarrete*, BOEHMER cit. loc. *cap. III.* §. 5.

§. CXVIIII.

Alter parochiae character.

Vt quis ecclesiae cujusdam parochus sit, dependet ab eo, quod in districtu ei ecclesiae assignato 2) *domicilium* (§. CXVII.) seu *habitationem cum animo ibi manendi* habet STRVV. *syntagm. iur. ciuil. exerc. VIIII. th.* 39. conf. BOEHMER *iur. paroch. sect. III. cap. II.* §. 10.

§. 10. *seqq.* et *cap. III.* §. 13. Dissentit MENOCHIVS *lib. IIII. consil.* 398. *n.* 26. *seqq.* Inde, si quis *a*) in diuersis parochiis domicilium habet, quod varia ratione oriri potest, teste BOEHMERO cit. loc. §. 23. vel *b*) eas aedes nulli parochiae addictas possidet, *id. ibid. cap. III.* §. 19. *seq.*, sacrorum intuitu ad certam ecclesiam adstrictus non est; et *c*) quia ad principem iura domicilii applicari non possunt, *id. ibid. sect. II. cap. I.* §. 21. parochianus dici haud poterit, *id. ibid. sect. III. cap. II.* §. 31. et *iur. eccl. port. lib. V. tit. XXXVIII* §. 34. *n.* 8.

§. CXX.

Tertius character.

Hic districtus ecclesiae parochiali 3) ita *adstrictus est* (§. CXVII.), vt parochianis non sit liberum, vtrum in parochiali ecclesia, an alibi sacris vti velint, BRVNNEM. *iur. eccles. lib. II. cap. I. membr. I.* §. 7. Qua ex re α) parochis *ius prohibendi* competit, *quo minus paroeciani alibi sacris vtantur*, WERNHER *princip. iur. eccl. prot. cap. VIII.* §. 12. quod *ius bannarium* dicitur, conf. BOEHMER *iur. paroch. sect. IIII. cap. I.* §. 3. *seqq.* β) parochiani *subsellium* seu *locum in ecclesia parochiali* exigunt, *quem occupare possint sacrorum tempore*, PHILIP-

LIPPVS *de templorum subselliis.* Haec *subsellia* partim 1) *pro pretio concedi solent*, quae *priuata*, et prout a) *ab acquirente dependet, in quem ea transferre velit, hereditaria*, aut a) *ad certum tempus concessa, priuata in specie talia* dicuntur: partim 2) *gratis conceduntur parochianis*, quae *publica* sunt, et vel a) *vsui cuicunque occupanti*, quae *communia*, vel b) *certo hominum ordini*, quae *publica in specie talia*, vel c) *certo officio munitis relicta*, quae *officialia, Amts-Stühle* appellantur, BOEHMER cit. loc. *sect. V. cap. II.* per tot.

§. CXXI.

Beneficiorum definitio et diuisio;

Parochus, qui vires suas in vtilitatem parochianorum impendere debet (§. CXV. seqq.) jure meritoque consequitur *reditus*, DEDEKEN. *consil. theol. vol. I. pag.* 972. *seqq. Emolumenta, quae parochus ob officium, quod gerit in ecclesia, percipit*, dicuntur *beneficium parochi. Emolumentum* parocho assignatum differt 1) ratione *qualitatis: si* enim *maxima saltim ex parte in parata pecunia consistit*, dicitur *salarium; si in aliis reditibus, beneficium in specie tale*, GOTHOFREDVS *de salario cap. I.* et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 151. 2) ratione *temporis*, ad quod beneficium paro-

parocho relinquitur; si enim *ad breue tempus restrictum est, vel non;* tum prius *commendatum* seu *fiduciarium*, posterius *titulatum* apud Protestantes quoque dicitur, *id. ibid.* §. 134, 3) ratione *officii*, pro quo emolumenta praestantur: nam pro officio in vtilitatem totius parochiae exhibito consequitur *beneficium proprie tale*, pro ministerio in fauorem singulorum parochianorum praestito *iura stolae*, vulgo *Pfarr-Amts Gebühren*, BOEHMER *iur. paroch. sect.* VII. *cap.* II. *per tot. a stola* seu *vestitu parochiali*, quo in singulorum vtilitatem vsus est, ita dicta, DV FRESNE *glossar. med. et infin. latin.* voce *stola.*

§. CXXII.

Iura beneficii proprie talis, si a parochianis praestatur.

Primo loco de *beneficio proprie tali* sermo est. Hoc 1) *vbi aerarium ecclesiasticum deest*, saltim non sufficit, parochiani obstricti sunt ad sufficientes suppeditandos reditus, vt pastor inde viuere possit, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* V. §. 152. *seqq.* PETR. MÜLLER diss. *de bonis parochialibus cap.*II. *th.* 4. *seqq.* THOMASIVS diss. *de officio princip. euangel. circa augenda salaria et honores ministror. eccles.* Ad has praestationes referri debent α) *decimae* seu *quota pars fructuum ex praediis terrae* per-

perceptorum CARPZ. *iurispr. consist. lib. I.* 126. *n.* 1. et 131. *n.* 3. et MVLLER cit loc. *th.* 4. WILLENBERG *de offic. vocant. et vocat. cap.* VI. §. 239. quae integrae praestandae non deductis impensis BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* VI. §. 6. β) ex consuetudine quorundam locorum *primitiae*, quae sunt *primae fructuum obuentiones a parochianis praestante*, LINCK. comment. *ad decret. lib.* III. *tit.* XXX. §. 11. in fin. BOEHMER *iur. paroch. sect.* VII. *cap.* I. §. 23. et STRYK *ad* BRVNNEM. cit. loc. §. 17. verb. *primitiae* et γ) *variae oblationes*, de quibus WILLENBERG. cit. loc. et ibid. *laudati.*

§. CXXIII.

et si ex aerario percipitur.

Vbi parochus 2) *ex aerario* vel vnice, vel ex parte percipit reditus, quos alibi in parata pecunia, alibi in iure vtendi *praediis ecclesiasticis*, quae *praedia parochialia*, *Pfarr-Aecker* dicuntur, consistere neminem fugit. Circa horum culturam diuersa iura diuersis in locis competunt. Nam vel 1) *homines* adsunt, *qui operas rurales in emolumentum praediorum parochialium praestare debent, et dotales* audiunt, vulgo *Dienst-und Frohn-Leute, eigene Maenner oder Leute*, ZIEGLER *de dote eccl. cap.* VIIII.

VIIII. n. 62. vel vbi desunt dotales, rustici 2) ad agrorum culturam per turnum, vel alio modo obstricti sunt, alibi praecario iure *zur Bete* gratis operas praestant vel pro epulo, vel alia remuneratione, PETR. MÜLLER *de bonis parochialibus cap. II. th.* 11. et CARPZOV. *iurispr. consistor. lib. II. def.* 355. Vbi nec haec adest obligatio, 3) parochiani pastoribus operas suas prae aliis elocare coguntur, MÜLLER cit. loc. *th.* 10. confer. SCHILTER *instit. iur. canon. lib. II. tit. VIII.* §. 5. et *in praxi iur. Rom. exerc. VI. th.* 24. in fin. aut 4) aliis locare possunt, STRYK *in not. ad Brunnem. ius eccl. Lib. II. cap. V.* §. 6. verb. *aliis locare* et WIILENBERG *de offic. vacant. et vocat. cap. VI.* §. 238. in fin.

§. CXXIIII.

Ad emolumenta plerorumque parochorum pertinet 3) quod *aedes parochiales* inhabitare possint. Has aedes *α)* pastor, vbi bonum patrem familias decet, conseruare tenetur, MÜLLER diss. *de bonis parochial. cap. III. th.* 7. *β)* ex aerario ecclesiae, vel eo deficiente, parochianorum sumtibus reficiendae sunt, BOEHMER *iur. paroch. sect. V. cap. II.* §. 19. et *sect. VII. cap. III.*

Reliqua emolumenta parochorum.

III. per tot. MÜLLER cit. loc. *th.* 3. seqq. si alia haud adest consuetudo: vt tamen γ) consensus consistorii requiratur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 162. δ) si lex prohibitiua deest, pastor facultatem locandi has aedes earumque partem, habet, FLEISCHER *Geistlich. Recht lib. II. cap. XV.* §. 10. et WILLENBERG *de offic. vocant. et vocat. cap. VI.* §. 238. et 4) inter emolumenta parochi multis in locis pertinet, quod parochiani pasturam gregis ad pastorem pertinentis suscipere debeant, quod tamen fere vbique ad certum pecorum numerum est restrictum, BOEHMER cit. loc. §. 173. n. 14.

§. CXXV.

Immunitates pastoris.

Vlterius inter *pastoris emolumenta* referri debet 5) quod vere vbique *immunis* reddatur α) a variis collectis, conf. *constit. ecclesiast. cit.* apud BOEHMERVM *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 171. et *anonymus de exemtione clericorum euangelicorum:* β) ab inhospitationibus, CARPZOV. *iurispr. eccl. lib. I. def.* 123. *n.* 10. et BOEHMER cit. loc. §. 172. γ) ab oneribus personalibus, *id.* cit. loc. §. 173. et *in iure paroch. sect. V. c. III.* δ) a gabella detractionis, BERLICH *part. III. concl.* 52. *n.* 30. ε) ab obligatione

tione ad carceres, si cambium scripse-
rit, RIVINVS *de clerico cambiante*, ζ)
ab omni violatione, BOEHMER cit. loc.
lib. I. *tit.* XXIIII. §. 44. η) a iurisdictio-
ne saeculari, THOMASIVS *de clerici*
foro competente; θ) pastorum lites quo-
uis modo amputandae, MEVIVS *part.*
III. decis. 217. et *part. VII. dec.* 26. ι)
nec famosa conueniendi sunt actione,
STRYK *de iuris reuerentialis specialibus*
effectibus membr. IIII. CARPZ. cit. loc.
lib. III. *def.* 100. SIMONIS *de act. in*
iur. sacerdot. concernentibus, WILDVO-
GEL diss. *de priuil. cleric. in processuali-*
bus: κ) in pastoris bona succeditur se-
cundum ius statutarium, BOEHMER
de success. in bona clericorum singulari,
conf. FRIDER. ESAIAE PVFENDORF.
obseru. iuris vniuers. obs. XXVII. §. 5.

§. CXXVI.

Obseruationes circa has immunitates.

De his *immunitatibus* notes velim, quod *a*) vti alia priuilegia, principem habeant auctorem; *b*) regulariter libere reuocari et mutari possint; hoc tamen *c*) a principe, cui promotio salutis ecclesiae curae cordique est, extra casum necessitatis raro peragitur BOEHMER *iur. paroch. sect. V. cap. III.* §. 16. seq. *d*) immunitas vltra reditus parochiales et ea, quae ad vsum oeconomicum per-

tinent, haud extendenda, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* V. § 171. *e*) nec parochi propriae aedes ab inhoſpitationibus liberae ſunt, CARPZ. *lib.* I. *def.* 123. n. 11.

§. CXXVII.

De iuribus ſtolae.

Sequitur tractatio *de iuribus ſtolae* (§. CXXI. n. 3.) quae 1), quia ſunt honorarium pro operis in vtilitatem parochiani ſuſceptis (§ cit.) iniuſtae dici nequeunt, licet 2), ſi ſufficientibus reditibus gauderent parochi, ſalutaris foret eorum abrogatio, SECKENDORF. *Chriſten-Staat lib.* V. *cap.* VI. §. 4. et CARPZ. *iurispr. eccleſ. lib. I. def* 110. 3) a *DD. in iura ſtolae*, quae debentur *iure perfecto* et *imperfecto*, diſtingui ſolet, prout legibus eccleſiaſticis eorum praeſtatio determinata vel pudori parochiani relicta eſt, BRUNNEM. *iur. eccl.* II. *cap.* V. §. 6. CARPZ. cit. loc. *def.* 119. Ad iura ſtolae inter alia plura, de quibus FRITSCH *de occidentalibus*, pertinet *nummus confeſſionarius*, PETR. MÜLLER *de nummo confeſſ.* conf. BOEHMER. *iur. paroch. sect.* VII. *cap. II.* §. 15. et *funeralia*, CARPZ. *iurispr. eccl. lib.* I. *def.* 112. in fin. conf. BOEHMER cit. loc. §. 16. ſeqq.

§. CXXVIII.

§. CXXVIII.

De anno deseruito.

Iniustum foret, si amisso officio haud exigi possint *emolumenta nondum percepta, pro rata temporis, quo minister ecclesiae officio praefuit*, quod *annus deseruitus* appellatur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* V. §. 212. et *id.* diss. *de anno deseruito et salario promerito, cap.* III. Modus computandi annum deseruitum ita instituendus, vt 1) *terminus a quo* sit dies, quo in illo loco, vbi quaestio oritur, praestari solet honorarium, BOEHMER cit. diss. *cap.* III. §. 18. quod tempus valde differt, *ibid.* §. 26. seqq. 2) *terminus ad quem* est dies, quo vinculum inter pastorem et ecclesiam est solutum, CARPZ. *iurispr. eccl. lib.* I. *def.* 171. n. 6. et LAVTERBACH *de salario* §. 47. ita, vt inter fructus naturales et ciuiles haud distinguendum sit, BOEHMER cit. *iur. eccl. prot. lib.* I. *tit.* VII. §. 28. seqq. et heredibus defuncti pastoris ius exigendi competat, non vero pastoris viduae, si eiusdem hereditatem haud consequatur, STRYCK *de anno gratiae cap.* II. §. 18. seq.

§. CXXVIIII.

Anni gratiae definitio

Finito anno deseruito *annus gratiae* incipit, BOEHMER *iur. eccl. prot.*

et characteres priores. *lib.* III. *tit.* V. §. 288. et in locum *anni carentiae* multis in locis fucceffit, conf. *id.* cit. loc. §. 214. et 288. Hic *annus gratiae* eft *spatium temporis*, *intra quod pastoris vidua et descendentes emolumenta pastoralia ex prouisione legis consequuntur.* Dixi annum gratiae 1) effe fpatium temporis, non praecife annum, BOEHMER cit. loc. §. 298. et STRYK diff. *de anno gratiae cap.* II. §. 25. BOEHMER *iur. eccl. lib.* II. *cap.* V. §. 12. feq. et LYNCKER *volum.* I. *resp.* 42. 2) paftoris viduae et defcendentibus effe conceffum, CARPZOV. *iurispr. eccl. lib.* I. *def.* 183. n. 1. et BOEHMER *iur. paroch. sect.* V. *cap.* II. §. 26. ita vt α) fi tantum viduam, aut defcendentes folum reliquerit, tamen integrum annum gratiae confequantur, conf. STRYK cit. loc. §. 18. feq. et *cap.* III. §. 8. feq. β) fi concurrant, alteram partem vidua nancifcatur, alteram omnes defcendentes, *ibid. cap.* V. §. 4. diffent. CARPZOV. *lib.* VI. *respons.* 41. n. 11. feqq. γ) et defcendentes in ftirpes fuccedant, STRYK cit. loc. §. 26. feqq. diffent. CARPZ. cit. loc. n. 32. *id. iurispr. forens. part.* II. *const.* V. *def.* 12.

§. CXXX.

Reliqui In definitione anni gratiae vlterius

rius dictum est, quod 3) *emolumenta pastoralia debeantur* (§. pr.): quod generatim positum, quia non solum salarium et reliqua emolumenta (§. CXXIIII. seq.), sed etiam iura stolae (§. CXXVII.) viduae et descendentibus pastoris relinquenda, STRYK diss. *de anno gratiae cap. V.* per tot. iisdem 4) ex prouisione legis (§. pr.) non tamquam heredibus defuncti pastoris conferatur annus gratiae, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 291. seq. et 295. inde vidua et descendentes haec emolumenta exigunt, licet *α*) exheredati sint, *id. ibid.* §. 295. *lit.* β. vel β) vidua portioni statutariae renunciauerit, *id.* cit. §. 295. *lit.* α. cui portioni nec imputatur hoc emolumentum, STRYK cit. loc. cap. VII. §. 9. seqq. γ) pater de iis reditibus aliter disposuerit, BOEHMER cit. loc. *lit.* γ. δ) heredes successionem defuncti pastoris repudiauerint, *id. ibid.* §. 215. conf. STRYK cit. loc. §. 15. seqq. ε) Reliqui pastoris heredes, quos lex ecclesiastica ad successionem in annum gratiae haud vocauit, nihil consequuntur, BOEHMER *ibid.* §. 290. et 202. seq. conf. STRYK cit. diss. *cap.* VII. *n.* 4. ζ) aes alienum defuncti pastoris inde haud exstinguendum, *id. ibid.* §. 23. seq. nec η) arre-

characteres explicantur.

ſtum iisdem imponendum, *ibid.* §. 25. ſeqq.

§. CXXXI.

De modis diſſoluendi vinculum inter paſtorem et eccleſiam exiſtens.

Differendum adhuc, quomodo vinculum inter paſtorem et eccleſiam, cui praefuit, ſolui poſſit. *Modi* hoc *vinculum diſſoluendi* 1) *naturales* ſunt: puta α) mors paſtoris et β) defectus virium ad officium neceſſariarum, BOEHMER *iur. eccl prot. lib.* III. *tit.* VI. §. 24. 2) *ciuiles* ſeu qui ex facto hominis oriuntur, quales ſunt α) ſi volens, FRITSCH *de reſignatione*, et β) ſi inuitus deſinit eſſe miniſter eccleſiae, WILLENBEKG *de officio vocant. et vocat. cap. IIII.* §. 95. Quod *morte* miniſtri eccleſiae exſtinguatur eius officium, et ſimul emolumenta, quae propter officium conferuntur, nemo in dubium vocabit. Reliqui autem modi vlteriori egent explicatione.

§. CXXXII.

De paſtore emerito.

Si paſtor ob *defectum virium* ad officium neceſſarium (§. pr. n. 1. lit. β) officium ſuo *vel* plane, *vel* ſolus praeeſſe nequit, *ſubſtitutus* conſtituitur, STRYCK *ad* BRUNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* VIII. §. 20 et GERHARD *loco de miniſter.* §. 117. *quaeſt.* 7. Eiusmodi virium

rium defectus reperitur in pastore, si 1) decrepitae aetatis, 2) morbo sontico laborat, aut 3) mole munerum ita praegrauatus, vt subleuatione egeat, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* VI. §. 24. In omni *constitutione substituti* requiritur *α*) vt nihil in constituendo pastore necessarium (§. C. seq.) omittatur, CARPZ. *iurispr. eccles. lib.* I. *def.* 23. *β*) vt consistorium cognoscat super necessitate substitutionis, BOEHMER cit. loc. §. 25. n. 6. qua cognita *γ*) contradictio emeriti non est impedimento, *id. ibid.* §. 25. n. 5. neque *δ*) pastor priuato ausu sibi eligere potest adiunctum, CARPZOV. cit. loc. *def.* 16. *ε*) Quia iniquum foret, emeritum priuare alimentis; consistorium ei et substituto de alimentis prospicit, BOEHMER cit. loc. §. 25. n. 10.

§. CXXXIII.

De resignatione officii ex iusta caussa.

Si vinculum inter ecclesiam eiusque ministrum soluitur, quia *minister auctoritate consistorii renunciat officio* (§. CXXXI. n. 2. lit. *α*), adest *resignatio.* Haec requirit consensum principis, THOMASIVS diss. *de desert. ord. eccles.* §. 27. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* I. *tit.* VIIII. §. 13. et LYNCKER *vol.* I. *resp.* 183. n. 2. qui denegari nequit 1) si iu-

 stam,

ſtam, officium reſignandi *cauſſam* habet paſtor renuncians, FRITSCH *de reſignat. cap. IIII.* n. 12. quae ſemper adeſt, ſi miniſter finem officii ſui obtinere nequit: quale quid accidit *a*) ob vitae periculum paſtori inſtans, ita, vt non poſſit amplius in eo loco ſecure morari, conf. WILLENBERG. *de offic. vocant. et vocat. cap. VII.* §. 255, β) malitiam auditorum, quae facit, vt audire recuſat paſtorem et reconciliatio fruſtra tentata; *id. ibid.* §. 258. FRITSCH cit. loc. *cap.* VII. n. 26. diſſent. ZIEGLER *ad Lancelotum lib. I. tit. XVIIII.* §. 5. et ſuo modo SPENER *vol. vlt. conſil. German. cap. II. art. 2. ſect.* 23. γ) debilitatem corporis ita comparatam, vt officio ſuo praeeſſe nequeat, BOEHMER cit. loc. §. 9. n. 2. et δ) ſi religionem mutauit, quo caſu ne quidem volens relinquitur in officio, *inſtr. pac. Osnabr. art. V.* §. 15.

§. CXXXIIII.

et ſi deeſt iuſta cauſſa.

Si renuncians 2) *deſtituitur iuſta cauſſa*, vel quia *a*) plane nullam allegare poteſt, vel *b*) inſufficientem, quo pertinet apud Proteſtantes 1) conſcientia criminis occulti, FRITSCH diſſ. *de reſignat. cap.* VII. n. 23. conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit.* VIIII. §. 10.

10. n. 3. 2) defectus scientiae, FRITSCH cit. loc. n. 19. et BOEHMER *ibid.* n. 4. 3) pestis periculum, WILLENBERG *de officio vocant. et vocat. cap. VII.* §. 251.: princeps tamen dimissionem denegare nequit, *Perillustr. de* MVNCHHAVSEN diss. *de iure ministror. exigendi a princip. dimiss.*, et FRITSCH cit. loc. *cap. IIII.* n. 12. seq. dissent. FABER *ad leg.* 20. *ff. de offic. praesid.* et *alii* a laudato *Dn. de* MVNCHHAVSEN §. 8. seq. notati; nisi *α*) resignans tempore suscepti officii, de cuius resignatione sermo est, fuerit subditus, LYNCKER *vol. I. resp.* 183. n. 3. conf. BOEHMER cit. loc *tit.* VII. §. 16. *Dn. de* MVNCHHAVSEN cit. loc. §. 12. lit. *γ*) *β*) lex ante receptionem adfuerit iubens, ne minister ecclesiae inuito principe discedat, vel *γ*) sub hac conditione consecutus fuerit officium: *Dn. de* MVNCHHAVSEN laudat. dissert. §. 12. n. 1.

§. CXXXV.

Obseruationes circa resignationem pastoratus.

De hac *resignatione* notes, 1) quod in foro externo nihil referat, vtrum renunciatio officii ideo suscipiatur, vt abdicans alibi pastoris officium consequi possit, quae *permutatio* seu *resignatio qualificata* dicitur; an sine hoc respectu, quae *simplex* appellatur, BOEHMER

MER *iur. eccl. prot. lib. tit. VIIII.* §. 1. 2) quod resignatio pastoratus in fauorem tertii suscepta careat effectu quoad tertium, in cuius commodum suscipitur, BOEHMER cit. loc. §. 15. seqq. et FRITSCH *de resignat. cap. VII.* in fin. 3) consensu patroni in renunciationem numquam egeat, CARPZ. *iurispr. eccl. lib. III. def.* 125. n. 14. FRITSCH cit. loc. §. 43. MEVIVS *part. V. dec.* 366. et ZEIBICH *de ministro eccles. a patron. haud remouendo:* 4) si plures resignant, illa prior est, in quam princeps, vel eius consistorium prius consentit, LYNCKER *vol. I. resp.* 34. n. 3. et BOEHMER cit. loc. §. 29. 5) facta et auctoritate principis confirmata abdicatio excludit poenitentiam, *cap.* 12. *X. de renunc.* BOEHMER cit. loc. §. 23. seqq. et si 6) de nouo confertur renuncianti officium abdicatum, hoc saluo eorum iure quaesito intelligendum, qui in locum resignantis successerunt, *cap.* 2. et 5. *eod.* confer. BOEHMER cit. loc. §. 25. seqq. et *id.* diss. *de reuocat. vocationis resignatae*: argumenta dissentientium patent ex actis Hamburgensibus sub tit. Verzeichnis der gesammten gewechselten Hamburgischen Streit-Schrifften, so successiue vber der von einseitiger Iacobitischen Gemeinde bis-

hero

hero gesuchten Vocations-Renouation herraus gekommen.

§. CXXXVI.

Quibus modis pastor inuitus officio priuari possit.

Pastori *inuito* iniungitur, vt desinat esse minister ecclesiae (§. CXXXI. n. 2. lit. β) *vel* eum in finem, vt aliud consequatur officium, *vel* absque hoc respectu. Si *hoc*, *vel* ob delictum iniungitur seu inhoneste dimittitur *aut* ad tempus, quod *suspensio*, *aut* simpliciter, quod *remotio* appellatur. Si absque allegatione delicti dimissio suscipitur, adest *honesta dimissio*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. V. tit. XXXVII.* §. 59. Si ad aliud transfertur officium, videndum, vtrum in poenam in ignobilius, vulgo *Poenitenz-Pfarre*, adest *translocatio in specie talis*, item *inhonesta* et *necessaria*, STRYCK diss. *de translocatione ministrorum ecclesiae* §. 6. n. 2. si in poenam haud suscipitur, dicitur *translocatio honesta* seu *voluntaria*, item *translatio*, *id. ibid. n.* 1. Sigillatim agamus 1) de dimissione honesta, 2) de suspensione, 3) de remotione, 4) de translocatione et 5) de translatione.

§. CXXXVII.

De dimissione voluntaria;

Quantum ad *dimissionem voluntariam* (§. pr. n. 1.), ea 1) iusta quidem, licet

licet non honesta, erit appellanda, si absque iusta caussa suscipitur, quia minister vtroque casu in foro externo licite dimissionem exigit (§. CXXXIII. seq.); ministro vero plus iuris concedi nequit, quam ei, cuius minister est, BOEHMER diss. *de iure princip. circa dimiss. ministrorum*, et *Perill. de* MÜNCHHAVSEN diss. *de iure ministr. exigendi a principe dimiss.* §. 11. et BOEHMER *iur. paroch. sect. III. cap. I.* §. 16. 2) in ecclesia parochiali dimissio honesta ab ecclesia, vel eo, qui iura collegialia exercet, suscipienda, quia est minister societatis ecclesiasticae, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. V. tit. XXXVII.* §. 61. et 64. 3) aulici vero pastores, quippe qui sunt ministri principis, ab hoc dimittendi sunt, BOEHMER cit. §. 64. seqq. et vberius §. 88. seqq. vbi simul ad argumenta dissentientium respondetur.

§. CXXXVIII.

De suspensione.

Sequitur *suspensio* (§. CXXXVI. n. 2.) quae a consistorio suscipitur ob malos mores parochi, BOEHMER *iur. paroch. sect. VIII. cap. II.* §. 13. ita vt vicinis pastoribus cura interim iniungatur, CARPZ. *iurispr. eccl. lib. II. def.* 116. et suspensus non nisi praeuia depre-

precatione publica functionem suam recipit, BOEHMER cit. loc. et CARPZ. *lib. III. def.* 117. n. 10. seqq. Quia vero varia mala in ecclesiam ex tali suspensione oriri solent, conf. BOEH. *id. ibid.* §. 17.

§. CXXXVIIII.

De remotione.

Suspensionem excipit *remotio* (§. CXXXVI. n. 3.), quae *depositio* quoque dicitur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. V. tit. XXXVII.* §. 97. et *vel* adhibitis solennitatibus suscipitur, *vel* absque iisdem per solam sententiam iudicis: *illa* dicitur *depositio solennis*, *degradatio*, item *exauctoratio*; *haec* vero *depositio simplex*, *id. ibid.* *Depositio* qualiscumque 1) non suscipitur, nisi minister sit plane inutilis ecclesiae, CARPZ. *iurispr. eccl. lib. III. def.* 109. *n.* 9. et BOEHMER cit. loc. §. 56. et 102. seqq. vbi eiusmodi delicta, quae clericum reddunt indignum, recensentur, cuius intuitu 2) cognitio instituenda, *id. ibid.* et sententia ferenda, *ibid.* §. 108. quae 3) supponit auctoritatem consistorii, CARPZ. cit. loc. *def.* 110. *n.* 13. HERTIVS *de superiorit. territ.* §. 13. circa fin. et BOEHMER diss. *de clerico debitore cap. II.* §. 11. in not. 4) a patrono susce-

pta

pta remotio est ipso iure nulla, BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 191. *lit.* C.

§. CXXXX.

Singularia depositionis simplicis et degradationis.

Depositio simplex α) verbis declaratur, β) siue praesens sit deponendus, siue absens, et remotus γ) retinet immunitates clericales (§. CXXV.), BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. V. tit. XXXVII.* §. 117. In *degradatione* autem, quae numquam suscipitur, nisi atrocitas criminis exposcat poenam a brachio saeculari infligendam, WILLENBERG *de offic. vocant. et vocati* §. 265. realiter priuatur functione et ordine sacro, vt veluti laicus poena afficiatur *cap.* 27. *X de verb. sign.* CARPZ. *iurispr. eccles. lib. III. def.* 117. *n.* 6. quod merito displicet TITIO *im geistlichen Recht lib. I. cap. VI.* §. 28. Degradatur quis α) praesens *c. X. de dolo et contumacia*, BOEHMER cit. loc. *lit.* α) et β) per detractionem amictus clericalis, LVDOVICI *Einleitung zum peinlichen Process cap. X.* §. 12. HORN *in addit. ad Schilteri instit. iur. can. lib. I. tit. XVIIII.* §. 15. conf. STRYK in not. *ad Brunneman. iur. eccl. lib. II. cap.* 19. §. 4. et BOEHMER cit. loc. §. 107.

§. CXXXXI.

§. CXXXXI.

De translocatione necessaria.

De *translocatione* parochi ab vna parochia ad aliam *in poenam suscepta* (§. CXXXVI. n. 4.) seu necessaria notandum, quod 1) ecclesia, in quam transfertur parochus, audiat *Poenitenz-Pfarre*, MEIS diss. *de ministri ecclesiae translocatione*; 2) supponat malos mores pastoris v. c. ex parochi facto imputatiuo inter eum eiusque auditores aut collegas aut patronum inimicitias ortas esse, FLEISCHER *geistl. Kirchen-Recht lib. I. cap. XXXII.* §. 7. 3) *alii* eam defendant, quia tendit ad scandalum remouendum et corrigendum improbum pastorem CARPZ. *iurispr. eccl. lib. III. def.* 118. et *n.* 4. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. XVIIII.* §. 3. *alii* eam plane reprobant, quia ecclesia inferior non leuiter laeditur, dum pastor pessimis moribus corruptus ei obtruditur, STRYK diss. *de translat. ministr. eccles.* §. 24. *seqq.* TITIVS *Probe des geistlichen Rechts lib. II. cap. IIII.* §. 49. et *lib. III. cap. V.* §. 10. et *de* ROHR *Einleitung zur Staats-Klugheit cap. II.* §. 26. conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. VII.* §. 19. *seqq.* Putarem in translocatione eo in casu nihil deprehendi iniqui, vbi apparet, rationem, cur parochus priori ecclesiae non rite praefuerit, in inferiori cessare posse.

§. CXXXXII.

De translocatione.

Denique de *translocatione*, *quae poenam haud suscipitur*, seu *voluntaria* item *translatione* (§. CXXXVI. n. 5.) differendum Haec translatio 1) locum habet, si ecclesiae vtilitas eiusmodi mutationem suadet, STRYK diss. *de translocat. ministr. ecclesiae* §. 8. GERHARD *in loc. theolog. loco de ministr. eccles.* §. 171. 2) ille, qui in ecclesia, in quam transferendus est pastor, iure vocandi gaudet, consentire debet, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. VII.* §. 25. 3) si vero parochus detrectet nouum munus, prius quidem retinere nequit, quia in hac translatione supponitur, salutem ecclesiae impedire, quo minus prius munus retinere possit, sed ad aliud munus cogi haud poterit, quia receptio ministerii ecclesiastici est coactionis saltim herilis expers, FLEISCHER *geistliches Kirchen-Recht lib. I. cap. XXIII.* §. 2. et WILLENBERG *de offic. vocant. et vocati* §. 115. dissent. BRVNNEMAN. *iur. eccl. lib. I. cap. V.* §. 13. et STRYK *in not. ad h.* §. 13.

SECTIO

SECTIO II.

DE

SVPERINTENDENTIBVS.

§. CXXXXIII.

Superintendentis definitio et diuisio.

Inter clericos, quorum officium ad finem ecclesiae euangelicae promouendum directum est (§. LIIII.), refertur *superintendens* (§. LVI.) a principe constitutus, *qui attendat, vt media ad finem ecclesiae promouendum necessaria intra certum districtum legitime adhibeantur.* Eorum iura vt doceantur, 1) de *constitutione* superintendentis sermo sit, quam semper suscipit princeps, CARPZ. *iurispr. eccles. lib. I. def.* 19. *n.* 12. ZIEGLER *de superint. cap.* IIII. §. 7. cui arbitrium competit, an pastori, diacono vel alii vicariatum tradere velit, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. VIII.* §. 21. et STRYK ad eumd. §um et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXVIIII.* §. 49. *seqq.* Et quia mutatio praesumi nequit, superintendentis munus pro collato habendum, si ipse princeps aliquem vocat ad eum pastoratum, cum quo munus superintendentis hactenus semper coniunctum fuit, licet talismodi inspectionis in vocatione nulla facta sit mentio, nec tamen reseruata.

Si vero vocatio ad officium, cum quo vices superintendentis huc vsque coniunctae fuerunt, principi non competit, nec dignitas superintendentis habetur pro concessa, conf. *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. I. tit.* IIII. §. 67. *n.* 2. nisi princeps hoc expresse declarauerit, STRYK ad BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. VIII.* §. 21. et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib I. tit. XXXI.* §. 81. Ea constitutionis capita, quae in pastore locum habent (§. C. seqq.) in hoc munere conferendo applicari non posse, nemo non videt.

§. CXXXXIIII.

eiusdem officium, vbi exercetur

Progredior 2) ad *officium superintendentis*, quod vi definitionis (§. pr.) in *cura ecclesiasticorum coetuum* consistit, quae cura inspectorem reddit clericum, quia perfecte obligatus est ad expedienda negotia in ecclesia (§. LIII.) non mere saecularia, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXVIIII.* §. 49. dissent. TITIVS *im geistl. Recht lib. II. tit. VIII.* §. 5. Superintendens officium suum exercet *a*) intra *districtum eius curae a principe demandatum*, qui *dioecesis* seu *prouincia* appellatur, ZIEGLER *de superint. cap. V.* §. 11. et prout *vel* praeter propriam dioecesin in alias dioece-

ses

ſes ſimul inſpectionem habet, *vel* vnicam tantum, cui praeeſt, aut *generalis*, aut *ſpecialis* audit *ſuperintendens*, BOEHMER cit. loc. *lib. I. tit. XXXI.* §. 80.

§. CXXXXV.

et quomodo

Superintendens β) eo modo, quo ipſi hoc officium eſt demandatum a principe, quod ex litteris vocationis et legibus eccleſiaſticis expreſſis et tacitis ſingulorum locorum diſcendum, officio ſuo fungitur. In eo autem poteſtas omnium inſpectorum fere vbique conuenit, quod 1) clericis ſibi ſubiectis optimo praeire debeant exemplo, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXXI.* §. 82. 2) curare debeant, ne iura principis circa eccleſiam minuantur, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. I. tit. IIII. §.* 70. *n.* 2. 3) in mores, vitam et doctrinam ſibi ſubiectorum clericorum inquirant, et curent, vt ſinguli eccleſiae miniſtri debito modo ſuo fungantur officio, et ſcandala praecaueant, BOEHMER c. l. §. 83. 4) tueri debeant paſtorum iura, ZIEGLER *de ſuperint. cap. XXVII.* 5) curare debeant, quo fiant ſacra iuxta leges liturgicas, LEHMANN *de officio Superint. cap.* 10. *ſeqq.* 6) ordinationem ſuſcipiant, BOEHMER c. *lib. I. tit. XIII.*

 §. 5.

§. 5. ita tamen, vt, ſaltim in terris Saxonicis, ſuperintendenti generali tantum vindicetur ius ordinandi miniſtros, ZIEGLER *de ſuperint. cap. XIIII.* §. 17. 7) ordinatos inueſtiant, CARPZ. *iurispr. eccl. lib. I. def.* 55. *n.* 2. et ZIEGLER cit. loc. *cap. XV.* §. 3. 8) mortuos paſtores conſiſtorio ſignificent *Ill. Dn.* ENGAV cit. loc. §. *68. n. 6.* 9) vacantibus eccleſiis proſpiciant, easque interim vicinis miniſtris eccleſiae commendent, BOEHMER *iur. paroch. ſect. VIII. cap. II.* §. 24. 10) candidatos miniſterii praeſentatos ad concionem docimaſticam admittant, BOEHMER cit. *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXVIII.* §. 79. in fin. *Ill.* ENGAV cit. loc. §. 71. *n. 6.*

§. CXXXXVI.

continuatio. Ad ſuperintendentis officium vlterius referri ſolet, vt 11) attendat, ne inidoneus cathedram ſanctam conſcendat; quem in finem aliquod ſcrutinium candidati ſuperintendenti commiſſum eſt, BOEHMER *iur. eccleſ. prot. lib.* I. *tit.* XII. §. 4. et *lib.* III. *tit.* XXXVIII. §. 80. et ZIEGLER cit. loc. *cap.* XI. §. 4. 12) nomine principis ad rationum redditionem ſuper bonis eccleſiaſticis inſtituendam concurrat, BOEHMER *iur. paroch.*

paroch. sect. VI. *cap.* III. §. 5. 13) defuncto pastore curet, vt inter nouum et defuncti heredes ratione fructuum et redituum iusta obseruetur proportio: Superintendens 14) habet inspectionem in scholas, hospitalia aliaque pia loca, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* I. *tit.* XXXI. §. fin.

§. CXXXXVII.

limitatur potestas superintendentis

Cauere autem debet superintendens, ne maiorem potestatem sibi sumat, quam ipsi demandata: quod tunc accidit, *si non curam diecoeseos solam, sed ipsum ius cogendi exercere conatur.* Eam ob rem, nisi ipsi in lege, aut in vocatione concessa sit, 1) haud exercet iurisdictionem, ne quidem eam, quae exsequendi facultate destituitur, et notio appellatur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* I. *tit.* XXXI. §. 85. et 87. ZIEGLER *de superint. cap.* XVI. §. 11. et CARPZ. *iurispr. eccles. lib.* III. *def.* 4. licet caussas ad consistorium pertinentes per amicabilem compositionem sopire allaboret, BOEHMER c. l. §. 87. in fin. et 88. ZIEGLER c. l. §. 8. seqq. neque 2) circa excommunicationem praecipui quid habet superintendens, ZIEGLER cit. *cap.* XVII. §. 9. et *cap.*

XVIII. per tot. BOEHMER c. l. §. 89. 5) nullam poenam iniungere aut a consistorio iniunctam remittere potest, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* I. *tit.* IIII. §. 72.

§. CXXXXVIII.

media a superintendente adhibenda.

Vt vero finem, quem obtinere debet superintendens (§. CXXXXVI. seq.), consequi possit, haud destitutus sit mediis, quibus accensetur 1) quod clero dioeceseos eius curae relictae iniungatur, inspectori obedientiam conuenientem et reuerentiam exhibere, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib.* I. *tit.* XXXI. §. 84. ZIEGLER *de superint. cap.* VII. *per tot.* 2) superintendentis dioecesis, si late patens est, in partes diuiditur et quaelibet superintendenturae adiuncto demandatur, AYRER *de adiunctis superintendentium*, inter eiusd. *opusc. tom.* I. *opusc.* IIII. quorum officium est, vt illa, quae in ecclesiis ad inspectionem ipsorum spectantibus geruntur, superiori denuncient, FRITSCH *iur. eccl. prot.* III. *pag.* 323. et prout denunciatio ad superintendentem vel ad consistorium dirigitur, mediati aut immediati audiunt, AYRER c. l. in fin. *pag.* 167.

§. CXXXXVIIII.

§. CXXXXVIIII.

visitationis definitio et diuisio

Inter media, quibus vtitur superintendens ad obtinendum finem officii sui denique 3) referenda est *visitatio* eorum coetuum ecclesiasticorum, qui eius curae relicti sunt. *Visitatio ecclesiastica* est *inquisitio eorum, quae in societate ecclesiastica geruntur*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXVIIII. §. 5. et differt *a*) ratione *temporis*, quando instituenda sit: si enim determinato tempore suscipitur, est *ordinaria*; si ex improuiso appellatur *extraordinaria*, huiusque intuitu speciales passim constituantur *circuitores*, vulgo *Land-Visitatores* dicti, BOEHMER cit. loc. §. 8. et 20. illam suscipit superintendens: *b*) ratione *personae:* instituitur enim visitatio ab ipso principe, vel eo, cui princeps demandauit: haec *mediata* seu *delegata*, *id. ibid.* §. 7. *c*) ratione *potestatis,* quam visitator habet vel vi ciuilis potestatis, vel vi curae animarum, quam quilibet pastor habet; illa *publica*; haec *priuata* seu *domestica* vocatur, *id. ibid.* §. 43. seqq.

§. CL.

modus visitandi ecclesias

Superintendens, qui iura a principe sibi demandata exercet (§. CXXXXV. seqq.), 1) nomine principis visitat,

BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXVIIII. §. 45. et 46. ZIEGLER *de ſuperint. cap.* XXII. §. 1. 2) viſitator inquirit *α)* in doctrinam, conf. ZIEGLER cit. loc. §. 4. ſeq. *β)* in diſciplinam morum miniſtrorum eccleſiae et auditorum, FRITSCH *de iure viſitandi eccleſiam*, *γ*) vtrum aedificia eccleſiaſtica ſarta tectaque conſeruentur, et *δ)* ſi quae ruinam minantur, iniungit reparationem, ZIEGLER cit. loc. §. 3. *ε*) in ſcholas, *ζ*) bona eccleſiaſtica, *η*) ſalaria miniſtrorum eccleſiae, *id. ibid.* §. 8. 3) ſi viſitatori apparet, quod actus fini eccleſiae repugnantes inſtituantur, vel media ad finem eccleſiae obtinendum neceſſaria negligantur, admonitione et amica disſuaſione vtitur, quae ſi effectu caret, conſiſtorium de huius rei circumſtantiis certius reddit, ZIEGLER *de iure viſitandi eccleſias*: 4) ipſa viſitatio ſuſcipitur ſumtibus eius eccleſiae, in cuius commodum inſtituta eſt, ZIEGLER cit. loc. §. 11. conf. FRITSCH cit. loc.

§. CLI.

obſeruationes

Iuuat de ſuperintendentibus ſequentia adhuc notare: 1) quod generalis ſuperintendens (§. CXXXXIIII.) intra dioeceſin propriam ea agat, quae reli-

reliqui ſuperintendentes peragere poſſunt; in reliquas dioeceſes ſpeciales, praeter iura ordinandi miniſtros (§. CXXXXV. n. 3.), et exigendi rationes ab ea eccleſia, vbi ſpecialis ſuperintendens munus paſtoris gerit, raro aliam exerceat poteſtatem: 2) quilibet ſuperintendens tempore, quo hoc munus inſpectoris exſequitur, patrono praeire debet, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. I. tit. IIII.* §. *6. n.* 3. 3) ſi paſtoris munere fungitur, ea, quae (ſect. I.) de paſtoribus dicta ſunt, ad ſuperintendentem applicantur; et 4) nullus dubito, quin modi amittendi ſupra de paſtoribus (§. CXXXIII. ſeqq.) determinati ad ſuperintendentem quoque applicari poſſint.

SECTIO III.

DE

AVXILIATORIBVS.

§. CLII.

Auxiliatorum differentiae.

Illi, qui miniſtris eccleſiae ad promouendum finem eccleſiae euangelicae conſtitutis (ſect. I. et II.) auxilium ferunt, quique *auxiliatores* nominari poſſunt (§. LVI. in fin.), pro diuerſitate laboris, quem in vtilitatem coetus eccle-

ecclesiastici suscipiunt, inter se *differunt*. Si enim auxiliator 1) parochianos in elementis religionis christianae instituit, *catecheta*, WALTHER *de catechizatione veterum* §. 3. si 2) cantus in ecclesiasterio instituendos dirigit, *cantor* appellatur; et sic porro. De his auxiliatoribus notes, velim, quod, si multitudo parochianorum permittit, plura officia vni eidemque demandari soleant, quale in pagis obuenire videmus, vbi hierophylaces regulariter simul catechisationes instituunt, pueros informant, CARPZ. *iurispr. eccl. lib.* I. *def.* 77. *n.* 7. pastori ministerium praestant in rebus eius officium spectantibus, *id. ibid.* n. 5. ornatum ecclesiasticum custodiunt; inde *custodes templorum*, *aeditui*, vulgo *Küster*, *Kirchner*, audiunt, musicam dirigunt, ex quo *cantores* et *organoedi* dicti.

§. CLIII.

et conuenientia.

Omnes auxiliatores *conueniunt* inter se 1) quod sint clerici, idque non solum ex consensu DD. CARPZ. *iurispr. eccl. lib.* I. *def.* 75. et 80. *n.* 2. et 3. MEVIVS *part. VII. dec.* 27. *n.* 2. BRÜCKNER *de hierophylacibus membr.* I. §. 8. sed quia clerici definitio (§. LIII.) ad auxiliatores applicari potest, et iisdem

gau-

gaudent iuribus et immunitatibus: inde ipsi auxiliatores cum familia subsunt consistorio, et a iudice saeculari ne quidem ad testimonium dicendum citari possunt, MEVIUS cit. l. et CARPZ. cit. l. *lib. III. def. 6.* Conueniunt 2) in constitutione. In omni auxiliatore constituendo ea capita, quae in constitutione pastoris locum inueniunt (§. C. seq.) praeter nominationem (§. CII. seq.) et ordinationem (§. CVIIII. seqq.) ob cessantem rationem, applicari possunt.

§. CLIIII.

Continuatio.

Eam ob caussam cum auxiliatore 1) examen instituitur CARPZ. *iurispr. eccl. lib. I. def.* 82. *n.* 1. quod ad illud officium, quod dirigendum suscipere vult: et quia dissensus in dogmatibus religionis nociuus foret, libris symbolicis subscribendum est, *ibid. def.* 79. *n.* 7. et 8. et *def.* 80. *n.* 5. 2) auxiliator vocandus est, quod non necessario ei competit, qui iure vocandi pastorem gaudet, conf. BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. I. tit. XXVII*, §. 6. sed ad obseruantiam cuiusuis loci respiciendum, MEVIUS *part. VII. dec.* 27. *n.* 5. Regulariter tamen vocatio auctoritate consistorii vel superintendentis a patrono cum consensu pastoris, quippe qui voto negatiuo gaudet, conf. BOEHMER

cit.

cit. l. *lib. III. tit. XXXVIII.* §. 75. ſuſcipitur, CARPZOV. cit. l. *def.* 76. *n.* 2. *ſq.* et *def.* 77. *n.* 1. *ſeqq.* Si vero patronus et paſtor non conueniunt, res deciſioni conſiſtorii relinquenda, CARPZ. c. l. *def.* 78. Vocatus auxiliator 3) praeſentatur conſiſtorio, vt praeuio examine confirmetur, *id. ibid. def.* 79. *n.* 1. *ſeqq. def.* 8. *n.* 1. et 4. *ſeqq.* et 81. *n.* 2. quae praeſentatio a ſuperintendente ſuſcipi ſolet, *id. ib. def.* 82. *n.* 4.

CAP. II.

DE ADQVISITIONE IVRIS ET OBLIGATIONIS PERSONALIS EX FACTO OBLIGATORIO ECCLESIASTICO.

TIT. I.

DE ADQVISITIONE IVRIS ET OBLIGATIONIS PERSONALIS EX FACTO OBLIGATORIO ECCLESIASTICO LICITO.

SECTIO I.

DE ADQVISITIONE IVRIS ET OBLIGATIONIS PERSONALIS EX FACTO OBLIGATORIO ECCLESIASTICO LICITO, QVOD ECCLESIAM, QVATENVS EST SOCIETAS, SPECTAT.

§. CLV.

Nexus dicendorum.

Iuris et obligationis perſonalis cauſſam vel mediatam, vel immediatam eſſe nouimus (§. L. n. 3.). De hac huc vsque (cap. I.) ſermo fuit. Sequitur *ius* et *obligatio, quae ex facto obligatorio oritur. Facta,* ſeu *quae a viribus hominum naturalibus fiunt, ſi ad effectum obligationis in iure agnita ſunt*, dicuntur *obligatoria,* et 1) prout cum fine eccleſiae vel connexa ſunt, vel eiusmodi nexu deſtituuntur, aut *eccleſiaſtica* aut *ſaecularia* appellanda. De ſaecularibus hoc in compendio ſermo eſſe nequit. Eccleſiaſticum factum obligatorium 2), ſi ad finem eccleſiae promouendum dirigitur, *liciti*; ſi ad eum impediendum tendit, *illiciti* nomine venit. Ad promouendum finem eccleſiae 3) non ſolum eccleſiaſtica ſocietas, tamquam perſona moralis, facta ſuſcipit, ſed etiam ſinguli in hac ſocietate: de prioris generis facto obligatorio hac in ſectione erit dicendi locus.

§. CLVI.

§. CLVI.

De obligatione ex facto licito, si ecclesia factum promisit.

Eo in casu suscipitur factum obligatorium licitum, si promissio ab altero acceptata seu pactum adest. Vbi differendum 1) de obiecto pacti, siue eo, quod promittitur, 2) quomodo de acceptatione constet, et 3) quatenus doctrina de pacto ad iurisprudentiam ecclesiasticam referenda sit. Quantum I.) ad *pacti obiectum*. Hoc in facto, vel re consistere debet, quia vtrumque omnis obligationis, consequenter et pactitiae, obiectum genuinum est (§. L. n. 1.). *Facti in promissione existentis* intuitu nihil diuersum statutum est, siue cum ecclesia, siue cum alio quocumque eiusmodi pactum celebretur, nisi quod priori in casu, si ecclesia factum promittit, quod in hominem moralem, qualem societas ecclesiastica exhibet, non cadit, eius praestatio cuidam membro ecclesiastico demandetur.

§. CLVII.

Differentia rerum ecclesiae.

Si cum ecclesia eiusmodi celebratur pactum, cuius obiectum est *rei promissio*; rei ecclesiae differentia formanda, vt constet, quaenam ex his rebus promitti possint. *Res ecclesiae*, siue res ad τὸ suum ecclesiae pertinentes, *Ill.* DARIES *iur. nat. sect. VII. cap. III. tit. II.*

II. §. 929., *aut* immediate religionem ſpectant, *id. ibid.* §. 930. *aut* ad conſeruandam ſocietatem eccleſiaſticam faciunt: *illae* ſunt *ſarae*; *haec*, prout ad conſeruationem eccleſiae, quatenus eſt *ſocietas*, vel quatenus eſt *ſocietas eccleſiaſtica*, pertinent vel *res eccleſiae ſpirituales*, vel *temporales* ſeu *eccleſiaſticae in ſpecie* appellantur. *Ill.* DARIES cit. loc.

§. CLVIII.

Quaenam res eccleſiae obiectum pacti eſſe poſſint?

Diuerſitatem rerum eccleſiae ſequitur *quaeſtio*: *quaenam ex iis obiectum pacti exhibere queant? Res ſacrae*, quia religionem ſeu modum deum colendi determinatum (§. 1.) ſpectant (§. pr.); deus vero abſque violatione obligationum naturalium aliter coli non poſſit, ac eo modo, de cuius veritate quis ſe conuictum putat, *Ill.* DARIES *iur. nat. ſect. VII. cap. I.* §. 873. ab arbitrio ſocietatis eccleſiaſticae haud pendent et pacto determinari nequeunt, *id. ibid.* §. 936. *Res ſpirituales*, quia media ad finem eccleſiae obtinendum continent (§. praeced.), haec media vero a deo praeſcripta ſunt, cuius voluntas ex arbitrio et pacto eccleſiae mutari nequit, iterum obiectum pacti haut prae-

bend, *id. ibid.* Denique *de rebus temporalibus ecclesiae* facienda est mentio. Has res obiectum pacti praebere nullus dubito, quia sunt res, quae ad ecclesiam pertinent, quatenus est societas; quaelibet autem societas circa res in patrimonio societatis existentes suo pro arbitrio disponere potest. *Ill.* DARIES cit. loc. §. 936.

§. CLVIIII.

De votis.

In doctrina de obligatione ex facto licito considerandum II.) *quomodo de acceptatione promissionis constet* (§. CLVI. n. 2.). De hac acceptatione, si declaratur, nihil singulare in iure ecclesiastico statutum. Si vero deo aliquid promittitur, oriri potest obligatio, licet de declaratione acceptationis non constet. Eiusmodi *promissio deo facta* dicitur *votum*, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap.* 7. §. 1. TITIVS *iur. priu. lib. IIII. cap.* 13. §. 5. Vota 1) obligationem vouentis proferunt, licet nemo acceptauerit, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. III. tit. XXXXIIII.* §. 14. modo 2) voti implementum in vouentis facultate reperiatur, SCHAVMBVRG *comp. digest. lib. I. tit.* 12. §. 3. BOEHMER cit. loc. §. 23. seq. et 3) prout vouens factum vel rem promittit, *personale* aut *reale*

reale euadit *votum*, BOEHMER cit. loc. §. 19. illud obligationem externam non accepit, *id. ibid.* SPENER *theolog. Bedenck. tom. II. cap. III. art. I. sect.* 3. *pag.* 9. reale vero perfectam producit obligationem, BOEHMER cit. loc. §. 20. *L.* 2. *pr. D. de pollicit. l.* 46. C. *de episc. et cleric.*

§. CLX.

Quatenus doctrina de pactis hoc loco enucleanda?

Tandem III.) enucleandum, *quatenus doctrina de pacto ad iurisprudentiam ecclesiasticam referenda sit* (§. CLVI. n. 3.). Nemo non videt, quod ea solum pacta ad institutum nostrum pertineant, quae cum societate ecclesiastica celebrantur, quum huius iura a nobis explicanda sint, et ea iura, quae pacto cum ecclesia celebrato propria sunt, vnice dilucidentur, quum superuacaneum foret, ea pactorum iura ciuilia hoc loco interpretari, quae nullam in iure ecclesiastico experta sunt mutationem.

§. CLXI.

Vnde differentia pactorum petenda?

Ius ecclesiasticum pactorum efficaciam et diuersitatem non petit, vti ius Romanum, a caussa et nomine, *b.* SCHAVMBVRG *in comp. digest. lib. II. tit.* 14. §. 23. sed ex omni promissione

acceptata oritur condictio ex moribus, licet apud Romanos actio non fuerit data, *cap. I.* et 3. *X. de pactis*, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXXV.* §. 4. *seqq.* STRYK *vsu moderno digest. lib. II. tit. XIIII.* §. 1. *seqq.* Et satis concinne explicari possunt pactorum differentiae, si ad finem, quem intendunt paciscentes, respicimus. Si in pacto cum ecclesia celebrato is solum se obligatum reddere voluit, qui cum ecclesia conuentionem iniit, ecclesia vero ne quidem per consequentiam se ad praestandum obstringit, nihil a iure ciuili distinctum inuenire licuit. Consequenter ea pacta consideranda sunt, quibus ecclesia aliquid promisit.

§. CLXII.

Solennia pactorum, quibus translatio iuris realis promittitur.

Ecclesia rem quamdam promittit; vel ita, vt, accedente traditione ille, cui promissum est, consequatur ius, alios ab vsu rei excludendi, seu ius reale; quo casu pactum producit titulum ad transferendum ius realu habilem: *vel* accedente traditione rei promissae accipiens nullum consequitur ius reale; quo casu nec pactum continet titulum ad transferendum dominium habilem. Haec distinctio ideo formanda est, quia ad

ad valorem pactorum prioris generis requiritur 1) caussa vtilitatis et necessitatis, quae hanc alienationem suadet, *cap.* 1. *de rebus eccl. alien. in* 6. *can.* 52. et 53. *C.* 12. *q.* 2. LYNCKER *vol. I. resp.* 2. *n.* 42. *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. XXI.* §. 326. conf. BOEHMER *iur. paroch. sect. II. cap. II.* §. 26. 2) an adsit caussa alienationis, cognoscatur, *cap. fin. X. de his, quae fiunt a mai. part. capit. Ill. Dn.* ENGAV cit. loc. §. 327. n. 2. 3) decretum alienationis a principe vel eius consistorio signatum, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 300. *n.* 8.

§. CLXIII.

Quando omissa caussa cognitio haud vitiat contractum

At enim vero *omissio caussae cognitionis* non vitiat contractum 1) si dominus territorialis pactum confirmauit, quum hoc casu iusta caussa praesumatur, CARPZ. *lib. V. resp.* 52. *n.* 30. et 33. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XIII. §. 39. in fin. WERNHER *part.* VIIII. *obs.* 156. et LEYSER *spec.* 24. *medit.* 1. 2) si aliunde de iustitia caussae satis constat, quippe quo casu ratio cognitionis cessat, MENOCH. *de arbitrar. iudicum quaestion. cas. I. n.* 4. HARPPRECHT *resp.* 57. *num.* 292. 3) si tem-

pus immemoriale elapſum eſt, GAIL. *lib. II. obſ.* 71. *n.* 7. *ſeqq.* conf. BOEHMER cit. §. 33. n. 2. ita tamen, vt in his caſibus, quia praeſumtio admittit procationem contrarii, non excluſa ſit probatio, iuſtam deeſſe cauſſam, *id. ibid.*, §. 34.

§. CLXIIII.

Pacta, quibus translatio iuris realis promittitur, recenſentur.

Talismodi pacta, quo translatio iuris, alios ab vſu rei excludendi, promittitur, et in quo ſingularia iura locum habent, ſunt 1) *emtio venditio*, 2) *permutatio*, 3) *donatio*, 4) *mutuum*, 5) *contractus pignoratitius*, 6) *vnio et ſeparatio*, 7) *contractus emphyteuticus* et 8) *feudalis*. De ſingulis ſeparatim catenus erit dicendi locus, quatenus ad inſtitutum noſtrum pertinet.

§. CLXV.

De emtione venditione.

Emtio venditio (§. pr. n. 1.) eſt *contractus, quo rei translatio pro certo pretio ſeu pecunia numerata promittitur.* In hac, ſi translatio rei eccleſiaſticae temporalis promittitur 1) omiſſis ſolennitatibus ſupra (§. CLXII.) delineatis, emtor ne quidem pretium repetit, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XVII.* §. 1. niſi probet α) bonam fidem es β) pretium in vtilitatem eccleſiae con-

conuersum esse, *l.* 10. *l.* 14. *l.* 16. *C. de praed. et alien. rebus minor.* RICHTER *decis. XIII. n.* 12. ita vt sola confessio administratoris rerum ecclesiasticarum in instrumento facta haud sufficiat, STRYK *in vsu moderno digest. lib. XII. tit. I.* §. 73. 2) ob laesionem restitutio in integrum intra quadriennium locum habet, *cap.* 1. et 3. *X. de in integr. restit.* BOEHMER cit. loc. *lib. I. tit. XXXXI.* §. 2. et quidem qualemcumque, STRYK *in not. ad* BRVNNEM. *ius eccles. lib. II. cap. XIIII.* §. 7. dissent. BOEHMER *iure paroch. sect. VI. cap. II.* §. 28. in fin. quod quadriennium computatur a die cognitae laesionis, *cap.* 1. et 2. *in 6. de minor. XXV., annis, b.* SCHAVMBVRG *comp. digest. lib. IIII. tit.* 4. §. 10. FABER *in Cod. lib. II. tit.* 32. *def.* 3. et *lib. V. tit.* 39. *def.* 2. *n.* 3. et HILLIGER *in* DONELLVM *lib. XXI. cap.* 10. *lit. T.* quae post mortem mali administratoris praesumitur, ZIEGLER *ad* LANCELOT. *lib. III. tit.* 18. §. 3. 3) elapso quadriennio restitutio ob laesionem *vltra dimidium* locum inuenit, *cap.* 3. *X. de emt. vendit. Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. II. tit. XXXVI.* §. 952. *n.* 3.

§. CLXVI.

De permutatione

Ordo tangit *permutationem* (§.

 CLXIIII.

et donatione,

CLXIIII. n. 2.), quae est *contractus, quo translatio rei pro alia re promittitur.* Si res ecclesiastica temporalis 1) cum alia re temporali ecclesiae permutatur, praeter solennia alienationis (§. CLXII.) nihil requiritur *cap. 6.* X. *de rerum permut. Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib.* II. *tit.* XXXVI §. 953. *n.* 1. Si vero res ecclesiastica temporalis 2) cum saeculari permutatur, haec illius valorem excedere debet. *cap.* 5. *X. de rebus eccles. alien.* et *cap.* VIIII *de rer. permutat Celeb.* PERTSCH cit. loc. *n.* 3. Permutationem excipit *donatio* (§. CLXIIII. n. 3.), quae est *contractus, quo quis promittit, rem suam in proprietatem alterius gratis transferre.* Rerum ecclesiasticarum donatio, praesertim si haud remuneratoria, est plane prohibita, *cap.* 5. X. *de donat.* STRYK *de bene meritis cap.* IIII. *n.* 43. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXIIII. §. 2. et *iur. paroch. sect.* VI. *cap.* II. §. 37. in fin.

§. CLXVII.

Mutui definitio et obseruationes.

Sequitur *mutuum* (§. CLXIIII. n. 4.), quod est *contractus, quo quis vsum rei fungibilis alteri relinquere promittit.* De hoc contractu notes, velim, 1) quod ex sola promissione hodie obligatio ciuilis oriatur, non aeque apud Roma-

Romanos, qui traditionem rei fungibilis factam esse, ad existentiam contractus mutui requirebant: 2) quod res fungibiles sint res, quae vsu consumuntur; et 3) quod ecclesia obligetur, siue vsum rei fungibilis alteri concedere promittat, siue ipsi ecclesiae concedi promittatur. In iis ergo, quae hic iuris ecclesiastici sunt, considerandum *α*) si mutuum ab ecclesia datum, et *β*) si mutuum ab ecclesia acceptum.

§. CLXVIII.

De ecclesia mutuum dans

Ecclesia mutuum dans (§. pr. lit. *α*) 1) sibi stipulare potest vsuras, arg. *rec. imp. nouiss.* §. 172. seq. nec obstat in Germania *tit. X. de vsuris:* attamen haud priuilegiata est ratione vsurarum alterum tantum excedentium, conf. BOEHMER *iur. paroch. sect. VI. cap. II.* §. 17. HAHN *de altero tanto* §. 96. dissent. CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 119. *n.* 15. siue vsurae, quae alterum tantum excedunt, nondum solutae, BERLICH *conclus. pract. part. II. conclus.* 38. *n.* 36. siue, extra Saxoniam, solutae, BOEHMER cit. loc. conf. WERNHER diss. *de vsuris per modum vsurarum vltra alterum tantum non exigendis;* quod in Saxonia secus, ob *decisionem electoralem Saxonicam* 29. RICHTER *part. II. dec.* 74. *n.* 88.

88. 2) administratores in erogandis et exigendis nominibus negligentes omne damnum, quod inde ortum, ferre debent, *Cel.* PERTSCH *comp. iur. can. lib. II tit. XXXVII.* §. 950. *n.* 9. et 3) administratoribus non secure soluunt debitores sine consensu iudicis ecclesiastici, *id. ibid. n.* 10.

§. CLXVIIII.

De ecclesia mutuum accipiente.

Quodsi ecclesia *mutuum accipere* velit (§. CLXVII. lit. β) 1) probari debet conuersio in vtilitatem ecclesiae, si soli administratores consenserint, *cap.* 4. *X. de fideiuss. cap.* 1. *X. de deposito* BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap.* 15. §. 26. BERLICH. *decis.* 310. *n.* 30. 2) exceptionit non numeratae pecuniae vsus, vti apud alios debitores ad biennium restrictus est, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XVI.* §. 44. *seq.* diss. BRVNNEM. cit. loc. *lib. II. cap.* 15. §. 27. ita tamen, vt contra lapsum biennii intra quadriennium in integrum restituatur, si probare potest, pecuniam non esse numeratam, BOEHMER cit loc. §. 45. et ZOLL *de except. non num. pec. cap. V.* Ecclesia debitrix, si obaerata, gaudet 3) beneficio vsurarum minutarum, *Rec. imp. de anno* 1654. §. 174. in fin. et HAHN in tract. *ad eumd. recess.* *pag.*

pag. 463. conf. BOEHMER cit. loc. §. 48. 4) priuilegio dationis in solutum, ita vt penes ecclesiam sit electio, quam rem dare velit creditori, *Rec. imp. cit.* §. 172. *nouell.* 120. *cap.* 6. §. 2. in fin. BRVNNEM. cit. loc. *lib. II. cap.* 25. §. 30. conf. BOEHMER cit. loc. §. 49. et 5) competentiae, BRVNNEM. *de concursu credit. cap.* 1. §. 5. et STRYK in *not.* voce *ecclesia;* conf. BOEHMER cit. loc. §. 50. dissent. *Celeb.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. II. tit. XXXVI.* §. 951. *n.* 7. et 8.

§. CLXX.

De contractu pignoratitio

Contractus pignoratitius (§. CLXIIII. n. 5.) est *contractus, quo quis promittit, rem dare in securitatem debiti.* Quia 1) pignoris constitutio est via ad alienandum, in re ecclesiastica securitas creditori concedi nequit, nisi solennia alienationis (§. CLXII.) adhibeantur, *auth. hoc ius porrectum C. de S. S. eccles. Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. II. tit. XXXVI.* §. 959. ita tamen, vt 2) in generali pignore, seu vbi omnia debitoris bona in securitatem constituuntur, solus superioris consensus sufficiat, *nou. VII. cap.* 6. in fin. *Cel.* PERTSCH cit. §. *n.* 4. et 3) ille, cui ab administratoribus solis pignus constitutum, creditum in poenam amittat, *nou. VII. cap. I.*

cap.

cap. 5. *X. de reb. eccles. non alien. cap.* 1. et 3. X. *de pignorib. Cel.* PERTSCH cit. loc. §. 959. *n.* 1. saluo regressu contra eum, cuius priuato ausu pignus est constitutum, *nou. VII. cap. 6.*

§. CLXXI.

Vnionis definitio et modus vniendi ecclesias.

De *vnione* et *separatione ecclesiarum* iam differendum erit (§. CLXIIII. n. 6.). Vnionem primo loco explicabo. Est autem *ecclesiarum vnio coniunctio plurium coetuum, vt communi ecclesiae ministro gaudeant.* De omni vnione notandum 1) quod alienationem inuoluunt, quum quae coetus ecclesiasticus antea in sui commodum vnice adhibebat, post vnionem in vnitae ecclesiae vtilitatem simul dirigantur, *cap.* 33. X. *de praeb.* SLEVOGT *de vnione eccl. et benefic. sect. I. cap.* 2. CARPZ. *iurispr. consist. lib. I. def.* 155. Eam ob rem *α*) non nisi ex iusta caussa suscipienda est, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 1. qualis, si aedes sacrae *α*) sitae in hostili territorio, SLEVOGT cit. loc. *sect. I. cap. II.* §. 11. *b*) deuastatae, *id. ibid. c*) aerarium insufficiens ad alendum ministrum, *ibid.* §. 12. et BOEHMER *iur. paroch. sect. VII. cap. I. §.* 30. *d*) penuria idoneorum ministrorum, *id. ibid.* §. 14. *β*) citentur illi, quorum interest, ne

ne suscipiatur vnio, vtrum caussam vnionis remouere possint et velint, quo pertinent *a*) patroni, HERTIVS *de ecclesf. filia* §. 10. et *b*) parochiani, BOEHMER *iur. ecclesf. prot. lib. IIII. tit. V.* §. 200. Denique *γ*) princeps ipse vel per senatum sanctiorem auctoritatem interponit, BOEHMER cit. loc. §. 199. non per consistorium, quia apud Pontificios ad iudicii ecclesiastici cognitionem haud pertinet, BOEHMER cit. loc. dissent. CARPZ. cit. loc. *lib. I. def.* 155. *n.* 7. *seq.*

§. CLXXII.

Reliqua vnionis iura communia.

Ad *communia vnionis* spectat 2), quod apud protestantes non fiat ad palliandam beneficiorum pluralitatem, inde *irregularis* nullus est vsus, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl.* II. *tit.* XXVII. *membr.* 2. §. 427. *n.* 1. et 3) *effectus*, qui ab omni ecclesiarum vnione dependent, sunt *α*) quod ius circa sacra in ecclesias vnitas ad eum spectet, cui ante vnionem competebat, ZIEGLER *ad Lancelott. lib.* II. *tit.* XVIIII. §. 7. SLEVOGT *de vnione eccles. diss.* III. *cap.* I. §. 7. HERTIVS *de ecclesf. filia* §. 10. BESOLD. *part.* VI. *consf.* 298. *n.* 53. *seqq.* cuius rei consectaria delineauit BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* V. §. 186. *β*) Illi in

in exercitio iurium collegialium concurrunt, qui ante vnionem hoc iure gauisi sunt, BOEHMER cit. loc. §. 188. dissent. SLEVOGT cit. loc. *sect.* II. *cap.* I. §. 15.

§. CLXXIII.

Vnionis species determinantur.

Conditiones, sub quibus pactum vnionis celebratur, *diuersitatem vnionis* efficiunt. Etenim in conditione est, vt 1) *vel* in vno loco cultus diuinus externus instituatur, et coetus alibi habitantes accedere et his sacris interesse debeant, quae dicitur *vnio per suppressionem* seu *confusionem*, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. *tit.* XXVII. *membr.* 2. §. 423. et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* V. §. 192. *vel* in singulis locis, vbi coetus vnitus habitat, sacra instituantur: siue vt 2) minister in quolibet loco aequali ratione habitet, quae est *vnio per exaequationem* seu *aequalem iunctionem*, item *per aequalitatem*, et *vnio aequalis*, BOEHMER cit. loc. §. 194. et *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib.* II. *tit.* XXXV. §. 945. siue vt 3) in alterutro loco semper habitet, quae *vnio per subiectionem* seu *subiectiua* appellatur, BOEHMER cit. loc. §. 180. conf. SLEVOGT *de vnion. eccles. et benefic. sect.* I. *cap.* III. per tot.

§. CLXXIIII.

§. CLXXIIII.

De vnione per suppressionem et exaequationem.

In *vnione per suppressionem seu confusionem* (§. pr. n. 1.) 1) coetus antea dictincti post vnionem vnum corpus constituunt, SLEVOGT *de vnione eccles. et benef. sect.* I. *cap.* III. §. 2. 2) membra coetus suppressi audiunt *die Eingepfarrete*, SCHILTER *instit. iur. can. lib. I. tit. III.* §. 12. in fin. 3) sacrorum et onerum parochialium intuitu diuersitas in regula locum non habet, CARPZOV. *iurispr. consist. lib. II. def.* 345. licet diuersis dominis territorialibus gaudeant ecclesiae vnitae, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* V. §. 192. in fin. hoc tamen casu iurisdictio distincta manet (§. CLXXII. n. 3. lit. α), *cap.* 2. X. *de relig. domib.* HERTIVS *de eccles. filia* §. 2. HARPPRECHT *consl.* XII. *n.* 53. 4) limites parochiales et iura parochialia in coetibus subiectis plane exstinguuntur, BOEHMER cit. loc. §. 193. et 5) subiecti assumere coguntur mores illius ecclesiae, cui subiiciuntur, *id. ibid.* Sequitur *vnio per exaequationem seu aequalem iunctionem* (§ pr. n. 2.). In hac 1) nullus vnitorum coetuum praerogatiua gaudet, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib.* II. *tit.* XXVII. *membr.* 2. §. 424. et 2) apud Protestantes haud frequentatur, quia eiusmodi aequalitas varia producit

ducit incommoda, BOEHMER cit. loc. §. 194. et *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. II. tit. XXXV. §. 948. n. 5.*

§. CLXXV.

De vnione per subiectionem.

Tanto frequentiorem habet vsum *vnio per subiectionem seu subiectiua* (§. CLXXIII. n. 3.); vbi 1) ecclesiae vnitae peculiares constituunt coetus, quorum quilibet propriis gaudet sacris, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit.* V. §. 184. 2) in alterutro loco pastor domicilium habet, qui coetus 3) *ecclesia mater* dicitur, reliquae vero 4) *ecclesiae subiectae*, *filiae*, seu *filiales* appellantur, *Cel.* PERTSH *elem. iur. can. lib.* II. *tit.* XXXV. §. 943. et 5) filiae matrem in rebus, quae finem vnionis respiciunt, sequi debent: vnde brocardicon: *filia matrem sequitur*, SLEVOGT *de vnione eccles. et benef. sect.* III. *cap.* I. §. 7. HERTIVS *de eccles. filia* §. 9. BERGER *in supplem. ad elect. process. matrim. pag.* 164. *seqq.* Haec *vnio* 6) ad quosdam actus sacros suscipitur, vel ad omnes; illa *secundum quid*, haec *absolute talis* appellatur, *Cel.* PERTSCH cit. loc. §. 942. et 7) ex pacto et consuetudine diiudicandum est, quinam actus in ecclesia filia peragendi sint, SLEVOGT cit. loc.

§. CLXXVI.

§. CLXXVI.

De separatione ecclesiarum.

Vnioni opponitur *separatio*, quae suscipitur, *si coetibus, qui ministro communi gaudebant, proprii praeponuntur.* Prout coetus separandi olim per vnionem coniuncti fuerunt, vel numquam separatos coetus constituere; haec *diuisio* seu *dissolutio*, illa *dismembratio* appellatur, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. *tit.* XXVII. *membr.* 2. §. 426. et SLEVOGT. *de diuis. eccles. comment.* I. §. 2. Vtraque in eo *conuenit*, quod eadem solennia, quibus opus est ad vnionem (§. CLXXI.) requirantur, SLEVOGT *de vnione ecclesiar. sect.* IIII *cap.* I. per tot. et *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib.* II. *tit.* XXXVI. §. 947. *n.* 4. et 5.

§. CLXXVII.

Iura contractus emphyteutici.

Ad *contractus*, quibus translatio iuris realis, et quidem dominii diuisi promittitur, referri debet *contractus emphyteuticus* (§. CLXIIII. n. 7.), qui est *contractus, quo pro melioratione et annuo canone translatio partis proprietatis promittitur.* Si obiectum emphyteuseos est res ecclesiastica temporalis; *emphyteusis* dicitur *ecclesiastica*; et a saeculari in eo differt, quod 1) ob dubia instrumenti verba, si pensio per diuturnum tempus vniformis soluta fuit, magis

praesumatur emphyteuticus, quam locationis contractus, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XVIII. §. 2. 2) solennitates ecclesiasticae supra (§. CLXII.) delineatae ad huius contractus valorem requirantur, *l.* 14. et 17. *C. de S. S. ecclesiis cap.* 5. X. *de reb eccles. alien. vel non*, BOEHMER cit. loc. §. 12. *n* 1. nisi sit res antiquitus in emphyteusin dari solita, seu ad ecclesiam reuersa, *extrav. comm. vn. de reb. eccl. non alien.* BOEHMER cit. loc.

§. CLXXVIII.

Continuatio. Ad *iura emphyteuseos ecclesiastica* vlterius pertinet, quod 3) canon fructibus ex emphyteusi percipiendis ita debeat esse proportionatus, vt vltra sextam partem nihil sit remissum, *nou.* 120. *cap.* 6. §. 2. *auth. praeterea C. de S. S. ecclesiis*, quod tamen in Germania vix attenditur, *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib.* II. *tit.* XXXVI. *n.* 5. in fin. 4) ob non solutum canonem per biennium emphyteuta priuetur emphyteusi, *l.* 2. *C. de S. S. ecclesiis cap. fin.* X. *de locato et conducto*; ita, vt ne quidem interpellatione opus sit, quum dies interpellet pro homine, *cit. cap. fin. Cel.* PERTSCH cit. loc. *n.* 3. mora tamen purgari potest ab emphyteuta, antequam ecclesia ad

ad priuationem egerit, *cit. cap. fin.* BOEHMER cit. loc. *n.* 2. in fin. Denique 5) ad valorem emphyteuseos ecclesiasticae scriptura requiritur, *nou.* 7. *pr. nou.* 120. *cap.* 5. MEVIVS *part. III. dec.* 289. et BOEHMER cit. loc. *n.* 4.

§. CLXXVIIII.

Quatenus doctrina de feudo ad institutum nostrum pertineat?

Agmen horum contractuum claudit *feudalis* (§. CLXIIII. n. 8.), qui est *contractus, quo translatio domini vtilis sub lege feudali promittitur;* et *illud, cuius dominium vtile transfertur, feudum*, a *feh* siue *fee* merces, et *ode* possessio, conf. *b.* STRVVII *elem. iur. feud. cap.* I. §. 2., dicitur. *Ille, qui transfert hoc dominium vtile*, audit *dominus directus, in quem transfertur, dominus vtilis* seu *vasallus*, BARTMANN *de feudis ecclesiasticis. Hic contractus*, si pro obiecto habet rem ecclesiasticam, dicitur *feudalis ecclesiasticus*, et *feudum* fit *ecclesiasticum*, STRVV. *synt. iur. feud. cap.* III. *aph.* 7. HORNIVS *iurispr. feud. cap.* III. §. 13. et VVLTEIVS *iur. feud. cap.* III. *n.* 8. dissent. CRAGIVS *de feudis lib.* I. §. 10. ideo notatas a BOEHMERO *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* 20. §. 16. atque a curuis episcoporum et abbatum baculis, *feudum cambocae*, vulgo *Krumstabs-Bedstabs-Lehn, Lehn vom krummen Sta-*

be dicitur, *Ill. Dn.* ENGAV *comp. iur. eccl. lib.* II. *tit.* XXXVII. *membr.* V. §. 524. conf. WERNHER *obseru. pract.* voce *Krummstab.* Si vero obiectum est res saecularis, siue ecclesiae, siue alii in feudum concedatur, *contractus feudalis* nominatur *saecularis*, et *feudum saeculare*, *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib.* II. *tit.* XXXVIII. §. 966. *Prius* feudum ad nostrum institutum pertinet: de *posteriori* tantum eatenus fiet sermo, quatenus ecclesiae res saecularis in feudum conceditur. De vtroque mentio tantummodo facienda, quatenus singularia iura locum inueniunt, reliquis iurisprudentiae feudali relictis.

§. CLXXX.

Quando feuda ecclesiastica solenniter concedenda?

Quod ad *feudum ecclesiasticum*, spectanda 1) eius *constitutio*, 2) *constituti iura*, et 3) *quomodo nexus feudalis tolli queat.* Quantum I.) *ad feudorum ecclesiasticorum legitimam constitutionem*, *solennitatibus* ad alienationem rerum ecclesiasticarum necessariis (§. CLXII.) opus est, HARPPRECHT *resp.* LVII. et LYNCKER *vol.* I. *resp.* II. et praelati ad consensum capituli adstricti sunt, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XX. §. 31. nisi bona *α*) ea lege ecclesiae oblata sint, vt rursus in feudum offerantur,

BOEH-

BOEHMER cit. loc. §. 33. *n.* 2. β) vi statutorum in feudum dari debeant, cuiusmodi statuta in capitulis, abbatiis et commendis equitum sacrorum non numquam obueniunt, teste BOEHMERO cit. loc. *n.* 3. γ) ita comparata sint, vt eorum infeudationem vrgeat necessitas ecclesiae praesentissima, SCHRADER *de feudis part.* IIII. *cap.* II. *n.* 14. KLOCK *tom.* IIII. *conf.* XXVIIII. *n.* 212. et HARPPRECHT *resp.* LVII. *n.* 290. *seq.* δ) si tantum agitur de feudo redintegrando, *cap.* 5. X. *de donat.* BOEHMER cit. loc. §. 34. *n.* 5.

§. CLXXXI.

Continuatio.

Solennitatibus in alienandis rebus ecclesiasticis alias adhibendis, dum constituitur feudum ecclesiasticum, vlterius haud eget, ε) si per consuetudinem legitime probatam remissa sunt in totum aut pro parte solennia, CARPZ. *lib. V. resp.* 52. et WESENBEC. *consil.* LVIIII. in fin. et LXXXXIIII. *n.* 9. qualis remissio licita est, *cap.* 6. in fin. X. *de his, quae fiunt a prael. sine cons. capit.* HARPPRECHT *resp.* LVII. *n.* 174. *seqq.* dissent. WIESTNER diss. *de alienat. canon. rerum ecclesiae temporal. part.* II. *art.* IIII. *n.* 4. quem notauit BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XX. §. 32.

 Deni-

Denique ζ) si feudum ecclesiae apertum sit *cap.* 2. X. *de feudis*, SCHRADER *de feudis part.* IIII. *cap.* II. *n.* 19. *seqq.* et STRVV *syntagm. iur. feud. cap. V. aph.* 9. *n.* 2. siue feudum sua origine sit datum, siue oblatum, *cap. cit.* 2. X. *de feudis* et II. *F.* 35. conf. BOEHMER cit. loc. §. 35. seqq.

§. CLXXXII.

Exspectatiuae definitio et diuisio.

Quemadmodum res infeudari solita absque consensu capituli, si vacat, conferri potest in feudum (§. pr. lit. ζ.); ita, antequam vacat, concedere licet *exspectatiuam*, *I. F.* 3 *II. F.* 26. §. 2. et *II. F* 35. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XX.* §. 44. quae est *collatio feudi vacaturi*, et prout promittens dominium vtile tradit, vt tamen eius exercitium ad casum existentis vacantiae suspensum sit, vel traditionem omittit, *qualificata*, aut *simplex* appellatur *exspectatiua*, BOEHMER cit. loc. §. 49. seqq. BORN. *de exspect. cap. VIII.* §. 19. et STRYK *de abus. inuest. cap.* IIII. §. 13. aut, vti alii malunt, illa est *inuestitura abusiua*, haec *exspectatiua proprie sic dicta*, HORN *iurispr. feud. cap. XII.* §. 7. *Simplex generalis exspectatiuae* nomine gaudet, si feudum, quod primum apertum fuerit, indefinite promittitur; *specialis*

cialis vero dicitur *exspectatiua simplex*, si promissio ad indiuiduum feudum adstringitur, STRVV. *elem iur. feud. cap. VIIII.* §. 30. *Cel* PERTSCH *elem. iur. can. lib. II. tit. XXXVIII.* §. 971. *n.* 2.

§. CLXXXIII.

Quomodo exspectatiuae species in effectu differant.

In effectu quoque *differunt exspectatiuae simplices* et *qualificatae*. Nam exspectatiua qualificata indistincte tenet domini directi successorem, SCHRADER *de feudis part. IIII. cap. II. n.* 18. STRYK *de abusiua inuestitura cap. IIII.* §. 13. ex simplici vero ille praelatus non tenetur, qui successor promittentis exspectatiuam electus est, *I. F. II. F.* 26. §. 2. et *II. F* 35. nisi α) viuente praelato feudum sit apertum, BORNIVS diss. *de exspectatiua cap. VIII.* §. 7. β) cum consensu capituli exspectatiua fuerit concessa, STRVVIVS *synt. iur. feud. cap VII. aph.* 9. *n.* 6. BORN. cit. loc. §. 24. et γ) ob singularem ecclesiae vtilitatem exspectatiua concessa, KLOCK *tom. II. consil. IIII. n.* 88. HARPPRECHT *resp. LXVI. n.* 101. conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib III. tit. XX.* §.52. Si existente vacantia plures exspectatiuarii adsunt 1) ille, qui abusiua inuestitura munitus, praefertur simplici exspectatiuario, et 2) si omnes exspectatiuarii

eiusdem qualitatis sunt, prior exspectatiua derogat posteriori, nulla adhibita distinctione, vtrum prior sit generalis et posterior specialis, nec ne. STRYK *de concursu exspectatiuae gener. et special.*

§. CLXXXIIII.

Iura feudi ecclesiastici constituti.

A feudo ecclesiastico conferendo me conuertam II.) ad *collatum* (§. CLXXX. n. 2.), eiusque *iura*, quatenus aliquid a feudis saecularibus distinctum in legibus statuitur, docebo. Huc pertinet 1), quod in feudis ecclesiasticis multa in fauorem domini vtilis remitti soleant, quo a communi feudorum natura declinant seu *impropria* fiunt, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XX.* §. 25. seqq. quod ab oblationibus maiorum ortum traxit, HERTIVS diss. *de feudis oblatis part. I.* §. 5. SECKENDORF *teutscher Fürsten-Staat in addit.* §. 20. et THVMMERMVT. tract. *Krummstab schleust niemand aus, pag.* 110. *n.* 57. Quum vero ab eo, quod vt plurimum fit, desumenda sit praesumtio, in casu dubio DD. haud immerito feudum ecclesiasticum habent improprium, donec probetur proprium, HERTIVS *de paroemiis iuris lib II. paroem.* 20. in fin. SCHILTER *ad rurbic. iur. feud. Alem.* §. 15. THVMMERMVT. cit. loc. pag. 111.

III. *n.* 64. et ad dissentientium rationes respondet BOEHMER cit. loc. §. 27.

§. CLXXXV.

Continuatio.

Quae quum ita sint, sequitur, vt 1) feminae regulariter non sint exclusae a successione in feuda ecclesiastica, FLEISCHER *geistl. Recht lib. II. cap. XXVI.* §. 15. *seq.* et BOEHMER *consult. tom. I. part. II. dec.* 72. *n.* 8. vnde intelligi potest paroemia: *Krummstab schleust niemand aus, auch die Weiber nicht,* vid. THVMMERMVT: *ad hanc paroem.* HERTIVS *paroem. iur. lib. II. paroem.* 20. 2) Haec et aliae vasalli ecclesiae immunitates occasio et ratio sunt paroemiae: *vnter dem Krummstab ist gut wohnen,* KRESS *ad hanc paroem.* item *mit Sanct Peter ist gut handeln,* VVLTEIVS *de feud. lib. I. cap.* 9. *n.* 48. et WESENBEC. *consil.* 74. *n.* 47. 83. et 88. 3) quum iura domini directi ita comparata sint, vt ab vniuersa ecclesia haud commode exerceri queant, haec *prodominum* constituit, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. XXXVII. membr. V.* §. 529. qui, si res ad praelaturam pertinens in feudum concessa, praelatus esse solet, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XX.* §. 53. STRYK diss. *de prodom. feud. directo,* et 4) ab hoc prodomino intra an-

num inuestitura repeti debet, qui a die electionis aut postulationis currere incipit; *Ill Dn* ENGAV cit. loc. §. 513. *n.* 4. BOEHMER cit. loc. §. 56 non a capitulo, sede vacante BOEHMER ibid. §. 54. seq dissent. CARPZ. *part. II. const.* 45. *def.* 22. *et* STRVV. *synt. iur. feud. cap. X. aph.* 2. *n.* 3. denique 5) coram hoc prodomino et paribus curiae caussae feudales peraguntur, *cap.* 7. *X de foro compet.* SCHRADER *de feudis, part. X. sect n.* 4.

§. CLXXXVI.

De modis tollendi nexum feudalem.

Dominium vtile III) redit ad dominum directum, seu *nexus feudalis tollitur* (§ CLXXX. *n.* 3.), si 1) successores, in pacto feudali nominati, aut, successione, pacto haud determinata, illi, quos ius feudale ad successionem in feuda ecclesiastica vocat, exstincti sint, *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. II. tit. XXXVIII.* §. 973. 2) *felonia* committitur, quae est *factum vasalli imputatiuum, quod fidelitati promissae contrariatur.* In feudis tamen oblatis, qualia sunt plurima ecclesiastica, HERTIVS diss. *de feudis oblatis, felonia dolo commissa* solum attendi solet, BEROLD. *thes. pract* voce *aufgetragen Lehn* et FELTMANN *de tit. honor. lib. I. cap.* 45. §. 2.

veluti

veluti si prodominum occiderit vasallus *cap.* 12. *X. de poenis*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit.* XX. §. 69. a prodomino tamen regulariter remitti potest felonia, SCHRADER *de feudis part. VIIII. sect. XIIII. n.* 39. conf. BOEHMER cit. loc.

§. CLXXXVII.

De feudo saeculari ecclesiae concesso.

Denique de *dominio vtili*, *quod ecclesiae in re saeculari concessum*, mentio facienda est. *Iura singularia*, quae his in feudis notari debent, sunt 1) quod olim ecclesiae feudi non fuerint capaces, *II. F.* 21. et 30. in fin. quod tamen ne quidem inter Pontificios attenditur, *aur. bulla cap.* VII. §. 2. et *cap.* XXV. §. 2. conf. *iur. Alem. feud. cap.* III. et SCHILTER *in comment. ad hunc. loc. pag.* 56. multo minus ex principiis Protestantium, *constit. Sax. part.* III. *const.* 28. STRVV. *synt. iur. feud. cap.* VIIII. §. 9. HORN. *iurispr. feud. cap.* XV. §. 15. et BERLICH *part.* III. *concl.* 39. *n.* 18. 2) *feuda*, quae ecclesiae dantur, vel sunt *maiora*, vulgo *Scepter-Lehn*, vbi vasallo regalia in complexu conceduntur, *Ill. Dn.* BVDER diss. *de feudis sceptri*; vel *minora*, vbi regalia saltim omnia haud conceduntur, STRVV. *elem. iur. feud. cap.* IIII. §. 16.

§. CLXXXVIII.

§. CLXXXVIII.

Continuatio.

Porro ad *iura ecclesiae vasalliticae* referendum, quod 3) si ab imperatore et imperio praelati euangelici inuestiuntur, hi, supra ordinariam taxam, dimidiam pro inuestitura soluere teneantur, *instr. pac. Osnabr. art.* V. §. 21. et MÜHLPFORT *de inuestit. praelati feudali circa bona ecclesiast.* 4) ob obligationes vasalli in personam moralem, qualis est ecclesia, non cadentes constituatur *pro-uasallus, Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. *tit.* XXXVII. *membr.* 5. §. 529. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XX. §. 72. 5) atque hic iterum sit *rector praelaturae*, si ecclesiae a Pontificiis retentae dominium vtile est relictum, BOEHMER cit. loc. §. 73. attamen 6) ob feloniam ab eodem prouasallo commissam ecclesia feudo haud priuetur, *II. F.* 40. in fin. BOEHMER cit loc. §. 103.

§. CLXXXVIIII.

Contractus, quibus translatio iuris realis haud promittitur, recensentur.

Explicaui hactenus doctrinam iuris ecclesiastici de iis contractibus, quibus translatio iuris realis promitti solet: dantur vero etiam contractus, qui alium habent finem (§. CLXII.) De his vt mentio fiat, superest iterum tamen ea ratione, vt ea, quae iuris ecclesiastici

clesiastici sunt circa haec pacta cum ecclesia celebrata vnice proponantur, relictis reliquis ad iuris ciuilis doctrinam. *Pacta, quibus translatio iuris realis haud promittitur*, et ad nostrum pertinent institutum, sunt 1) *locatio conductio*, 2) *villicatio*, 3) *commodatum* et 4) *depositum*.

§. CLXXXX.

De locatione conductione.

Locatio conductio (§. pr. n. 1.) est *contractus, quo vsus eius, quod ad τὸ suum alterius pertinet, pro certa mercede conceditur*. Locatio praediorum ecclesiasticorum 1) apud ipsos protestantes ad pauciores annos restricta est, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XVIII. §. 1. seq. et ibi cit. *constit. ecclesi.* 2) in *datione ad firmam* omnes characteres simplicis donationis reperiuntur, DV FRESNE *glossar. med. et inf. Latin.* et BOEHMER cit. loc. §. 4. dissent. BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* VIII. §. 14. cui respondet STRYK in *not. ad eumdem verb. et ad firmam*. 3) nec conductoribus rerum ecclesiasticarum competit ius protimiseos, BOEHMER cit. *lib.* III. *tit.* XVI. §. 16. seqq. CARPZ. *iurispr. consil. lib.* II. *def.* 305. *n.* 6. et SCHILTER *in praxi iur. Rom. exerc.* 31. *§.* 12. dissent. WILDVOGEL *de iur. praef. in locat* §. 1.

§. 1. in fin. 4) clerici res ecclesiasticas facilius conducere possunt, quam saeculares, BOEHMER cit. loc. *lib.* III. *tit.* XVIII. §. 7. et 9. ς) iura stolae ne quidem apud Protestantes valide locari potuerunt, *id. ibid.* §. 10.

§. CLXXXXI.

De villicatione, commodato et deposito.

Quantum ad *villicationem* (§. CLXXXVIIII. n. 2.); illa est *contractus, quo ecclesia commoda rei cuiusdam concedit sub conditione, vt post accipientis mortem vna cum huius bonis propriis ecclesiae restituantur.* Quia per hnnc contractum nulla alienatio intenditur; praeter superioris consensum, nulla alia solennitas exigitur. STRVBE *de iure villicat. cap.* I. §. 11. et *cap.* II. §. 2. Sequitur *commodatum* (§. CLXXXXVIIII. n. 3.), quod est *contractus, quo certus vsus rei non fungibilis gratis conceditur.* De hoc contractu notes, velim: 1) solennitates in alienatione rerum ecclesiasticarum necessariae (§. CLXII.) hoc loco applicari non debeant, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XV. §. 1. quia in commodato nulla reperitur alienatio: 2) res ecclesiasticae consensu superioris commodari possint, modo res vsui sacro destinatae ad profanos vsus haud commodentur, tot. *tit.* X. *de commoda-*

modato, conf. *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib.* II. *tit.* XXXVI. §. 954. et 3) si res praelato absque consensu capituli, aut ministro ecclesiae, siue administratori absque consensu superioris, commodata fuerit; ecclesia ideo respondere non debeat, nisi versio in vtilitatem ecclesiae probari queat, BOEHMER cit. loc. §. 2. Denique contractus *depositi* iura ecclesiastica explicanda sunt (§. CLXXXVIIII. n. 4.), qui est *contractus, quo custodia rei alterius gratis suscipi promittitur.* Si 1) apud praelatum res deponitur, capitulum, si 2) apud alium clericum, superior consentire debet, alioquin ecclesia non obligatur ex hac depositione, nisi versio in vtilitatem ecclesiae probari possit, *cap.* 1. X. *de deposito*, *Cel.* PERTSCH cit. loc. § 955.

SECTIO II.

DE

ADQVISITIONE IVRIS ET OBLIGATIONIS PERSONALIS EX FACTO OBLIGATORIO ECCLESIASTICO LICITO, QVOD SINGVLA MEMBRA ECCLESIAE SPECTAT,

SIVE

DE SOCIETATE MATRIMONIALI.

ME-

MEDIT. I.

DE EO, QVOD IVSTVM ET INIVSTVM EST CIRCA CONSTITVENDAM SOCIETATEM MATRIMONALEM.

§. CLXXXXII.

An Protestantes principem a cognitione factorum obligatoriorum ecclesiae membrorum excludant?

A factis obligatoriis licitis, quae societas ecclesiastica, tamquam persona moralis suscipit (sect. praec.), ad *ea facta, quae singuli in hac societate suscipiunt,* nostra se conuertit oratio (§. CLV. n. 3.). Animus non est, ea facta obligatoria licita membrorum ecclesiae interpretari, quae ab iis, tamquam membris ciuitatis suscipiuntur, et in iudiciis ciuilibus cognoscuntur et deciduntur; sed *ea* solum *facta obligatoria singulorum ecclesiae membrorum* ad institutum nostrum pertinent, *quae a membris ecclesiae qua talibus et sine respectu ad ciuitatem suscipiuntur.* Eiusmodi facta obligatoria licita existere, Pontificii ideo defendere debent, quia ecclesiam habent rem publicam (§. X.), ideoque imperantem agnoscunt a saeculari distinctum et iudices ab imperante ecclesiastico dependentes. Protestantes vero, quippe qui ecclesiam defendunt, esse societatem aequalem ciuitati sub-

ſubiectam (§. XII.), nullum habent membrum eccleſiae, niſi principi ſaeculari ſubiectum, ideoque nullum factum obligatorium licitum a membro eccleſiae ſuſcipi poſſe, contendunt, cuius intuitu princeps ſaecularis ſtatuere haud poſſet, quid iuſtum et iniuſtum ſit.

§. CLXXXXIII.

Cur cauſſae matrimoniales in hoc compendio explicandae ſint?

Quae quum ita ſint; facile patet, hanc ſectionem: de factis obligatoriis eccleſiaſticis licitis, in compendio iuris eccleſiaſtici euangelici plane omittendam eſſe. Ipſe quoque ſuperuacaneam reputaſſem, niſi *matrimonium* foret negotium, quod Pontificii eccleſiae deciſioni vindicauerint, et ciuitatem a cognitione circa cauſſas matrimoniales plane excluſerint. Apud Proteſtantes quoque ei iudici, cui cognitio in cauſſis eccleſiaſticis relinquitur, cauſſae ſocietatem matrimonialem ſpectantes a principe ſimul demandantur. Ac quia hac ratione cauſſis ad ſocietatem eccleſiaſticam pertinentibus adſociantur cauſae matrimoniales: haud immerito *matrimonium* inter *negotia eccleſiaſtica* refertur, et quidem *licita*, quia ſi ſecundum formam in iure praeſcriptam celebrantur, prohibita non ſunt; nec non

M *ſin-*

ſingula eccleſiae membra ſpectantia, non integram ſocietatem eccleſiaſticam, quia illa, non haec ex matrimonio iura adquirunt, et obligantur. Plura vero negotia obligatoria licita eccleſiaſtica, quae ad ſingula membra eccleſiae attinent, me latent. Atque ex hoc intelligi poteſt, cur in inſcriptione huius ſectionis obligatoria facta licita eccleſiaſtica ſingula membra reſpicientia, et matrimonium, pro talibus agnouerim, quae eamdem habent extenſionem.

§. CLXXXXIIII.

Ordo in doctrina de matrimonio obſeruandus.

Haud leues in doctrina de eo, quod iuſtum et iniuſtum ſit circa matrimonia, obueniunt difficultates, quae partim ex defectu genuinorum fundamentorum in cauſſis matrimonialibus, THOMASIVS diſſ. *de fundamentorum definiendi cauſſas matrimoniales hactenus receptorum inſufficientia* §. 9. partim ex eo, quod errores Pontificiorum ſaepe retineantur ab euangelicis ſcriptoribus, THOMASIVS cit. loc. § 8. et STRYK diſſ. *de reliquiis ſacram. in cauſſis matrimonial.* cui ſe oppoſuit GRIBNER diſſ. *de his, quae ex iure Prot. matrimon. ad reliquias ſacram. perperam referuntur*, deriuandae ſunt. Periculum faciam in proponenda iuris matrimonialis doctri-

na

na ex genuinis fontibus, quantum in me positum erit. Quam ob rem ea, *quae iusta et iniusta sunt* 1) *circa constituendam*, 2) *circa constitutam* et 3) *circa dissoluendam societatem matrimonialem*, docebo.

§. CLXXXXV.

Societatis matrimonialis et sponsaliorum definitio.

Societas ad procreandam sobolem inita connubialis seu *connubium* appellatur, et prout ad educandam sobolem et mutuum adiutorium praestandum continuatur, aut non continuatur, vel *matrimonium* seu *coniugium*, vel *concubinatus* dicitur, *Ill.* DARIES *iur. natur. sect.* III. *cap.* II. §. 578. *Hic* in *rec. imp. de anno* 1548. prohibitus, conf CARPZ. *prax. crim. quaest.* LXX. *n.* 41. *seqq.* BREITHAUPT *de concubinatu a Christo et apostolis prohibito, et* GRAMM *de concubinatu illicito.* *Matrimonium* vero vt I.) *legitime constituatur* (§. pr. n. 1.), requiritur, vt 1) per sponsalia rite inchoetur, et 2) per copulam consumatur. Quantum ad *sponsalia*: haec sunt *pactum de futuro matrimonio ineundo*, *Ill.* DARIES cit. loc. §. 581. et ad sui valorem exigunt, vt α) matrimonium inituri consentire possint, et β) consensum legitime declarent.

§. CLXXXXVI.

Requisita sponsaliorum determinantur.

De iis, qui sponsalia celebrare volunt, videndum 1) *vtrum consentire valeant* (§. pr. lit. α). Quia sponsalia sunt pactum de futuro matrimonio ineundo (§. pr.); sequitur, vt consensum ad futuras nuptias directum declarans intellectu, ratione atque libertate praeditus sit, *Ill.* DARIES *iur. nat. sect. II. cap. II.* §. 398. quae vero si desunt, consensus etiam ob defectum voluntatis abest. Praeterea iura praeter hanc impotentiam alia impedimenta sistunt, cur quis cum persona quadam pactum de futuro matrimonio ineundo celebrare nequeat, BODINVS diss. *de restringenda matrimonii libertate*, quam *impotentiam iuris* appellabo. Eam ob rem 1) de impotentia voluntatis, dein 2) de impotentia iuris mihi erit sermo.

§. CLXXXXVII.

Quid consensum sponsalitium excludat?

Quod attinet I.) *ad impotentiam voluntatis* (§. pr. n. 1.); ea includi potest regula: *quidquid impedit obligationem ex contractu, id etiam impedit obligationem sponsalitiam.* STRYK ad LAVTERBACH tit. *de nuptiis* verb. *erroneus.* Inde in sponsalibus voluntas deest α) in *infantibus*; hi enim visu intellectus ad consentiendum necessarii haud praediti sunt

cap.

cap. 4. et 5. X. *de desponsat. impuber.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. II.* §. 27. *n.* 1. β) in *impuberibus*, quibus resilire a sponsalibus concessum adepta pubertate, *cap.* 7. in fin. et 8. X. *eod.* conf. BOEHMER cit. loc. *n.* 2. et §. 28. γ) in *furiosis* et δ) *mente captis*, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 182. ε) in *Ira.* aut ζ) *ebrietate correptis*, BRVCKNER *decis. matrim. cap. I. n* 70. *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. VIII. membr. I.* §. 111. *lit. c. et d.* conf. CARPZOV. cit. loc. *def.* 31.

§. CLXXXXVIII.

Continuatio.

Consensum sponsalitium vlterius *excludit* η) *dolus*, CARPZ *iurispr. consist. lib. II. def.* 183. *n.* 14. qui sponsalibus caussam dedit, etiam a tertio commissus, modo decepto culpa imputari nequeat *l.* 26. *C. de sponsalibus*, STRYK *de dissensu sponsalit. sect. II.* §. 9. et 11. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. I.* §. 141. ϑ) *coactio*, *cap.* 6. et 28. *X. de sponsal. et cap.* 11. *X. de sponsal. impub.* BRVCKNER *decis. iur. matrimonial. cap. XXI. n* 6. *seqq.* BOEHMER cit. loc. §. 115. licet a magistratu adhibita, CARPZOV. cit. loc. *lib. II. def.* 5. et BOEHMER cit. *lib. IIII. tit. I.* §. 125. ita vt puella ob vim metuendam sequestranda

 sit,

ſit, COCCEII *de ſequeſtr. feminar.*; a parentibus vero caactio adhiberi poteſt, ſi ad ſponſalia in genere directa, conf. BOEHMER cit. loc. § 124. non ad certam perſonam, *cap.* 14. X. *de ſponſal.* conf. BOEHMER *ibid.* §. 116. et 119. ſeq. et inuitatio ad ſponſalia per varia commoda propoſita et perſuaſiones haud prohibita eſt, *cap.* 3. X. *de condit. appoſ.* conf. BOEHMER cit. loc. §. 131. modo potentatus et concuſſionis ratio deſit, *de* LYNCKER *vol.* I. *reſp.* 143. *n.* 37. *ſeqq* et *reſp.* 173. *n.* 3. et HARPPRECHT *vol. nou. conſ.* 44. *n.* 340. denique 1) *error* commiſſus *a*) circa ſubſtantialia matrimonii, *b*) circa ea, quae in hoc negotio tacite ſubintelliguntur, BRVCKNER *deciſ. matrim. cap.* XX. per tot. et *c*) circa bona fortunae, ſi vel 1) haec bona in conditione fuere poſita, LVTHERVS tr. *von Ehe-Sachen tom.* VI. *Witteb.* fol. 269. et STRYY c. l. *ſect.* II. §. 30. vel 2) dolus alterius huic errori anſam dedit, STRYK cit. loc. *ſect.* II. §. 12. BRVCKNER *de cauſ. matrim. cap.* XVIIII. *n.* 4. et 51. vel 3) ob eiusmodi bonorum defectum ſponſus oneribus matrimonialibus impar inueniatur, *de* LEYSER *ad π. ſp.* 286. *medit.* 2. in reliquis vero caſibus error circa bona accidentalia commiſſus ſponſalia non vitiat, *can.*

can. vn. §. 5. *C.* 29. *q.* 1. BRVCKNER cit. *cap.* XX.

§. CLXXXXVIIII.

Recenſentur cauſſae, quae conſenſum ſponſalitium inualidum reddunt.

Iam II.) *de impotentia iuris* (§. CLXXXXVI. n. 2.) ſiue de cauſſis, quae in legibus ad hunc effectum conſtitutae, vt conſenſum in futurum matrimonium declaratnm inualidum reddant; quales ſunt, ſi perſona, quae ſponſalia celebrare vult, *a*) ad cuiusdam conſenſum adſtricta, et hic omiſſus fuerit, *b*) in matrimonio adhuc viuat, aut *c*) ſponſalia cum alia perſona antea celebrauerit, quae nondum diſſoluta, *d*) in ſtatu reperiatur, qui caelibatum exigit, *e*) perſonae deſponſandae in gradu lege prohibito iuncta ſit, *f*) cauſſa moralis extiterit, cur matrimonium, in quo antea viuebat, fuerit diſſolutum. Si inter perſonas coniungendas *g*) adulterium commiſſum, quod tamen ſuis ſub limitationibus intelligendum; *h*) magna diuerſitas conditionis aut *i*) religionis deprehendatur, aut *k*) ſi vna alterius intuitu criminis raptus rea ſit, quippe quod iterum ſuo modo conſenſui ſponſalitio impedimento eſſe poteſt. De his impedimentis ſigillatim fiet mentio.

§. CC.

Quorum consensus exigendus ab iis, qui sponsalia celebrare volunt.

Quodsi *a*) *ille, qui sponsalia celebrare vult ad consensum cuiusdam adstrictus, hic requirendus est* (§. pr. lit. a), *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib.* II. *tit.* VIII. *membr.* 1. §. 112. Illi, quorum consensus sub poena nullitatis sponsaliorum est requirendus, sunt 1) *parentes vtrique, can.* 1. et 3. *C.* 30. *q.* 5. STRYK *de dissens. sponsal. sect.* IIII. §. 30. THOMASIVS diss. *de coniugio absque parentum consensu*; licet desponsandi maiorennes sint, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 49. et BRVCKNER *decis. matrim. cap.* II. *n.* 79. aut parentes impii sint, BRVCKNER cit. loc. *n.* 73. CARPZ. cit. loc. *def.* 43. BOEHMER cit. loc. *lib.* IIII. *tit.* II. §. 12. n. 1. ita vt dissentientibus patre et matre, patris voluntas praeferenda sit, BRVCKNER cit. loc. *n.* 74. et, parentibus primi gradus exstinctis, reliqui adscendentes, *id. ibid. n.* 2. modo *α*) liberi a patria potestate haud liberati, CARPZ. cit. loc. *def.* 49. et BOEHMER cit. loc. §. 13. et *β*) consensus modeste requisitus absque iusta caussa haud denegetur, BOEHMER cit. loc. §. 18. quae caussa, vt super eius iustitia cognosci queat a consistorio, huic indicanda, BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* XVI. §. 5. CARPZ. cit. loc. *def.*

def. 52. et STRYK *vsu moderno digest. lib.* XXIII. *tit.* I. §. 17. quales vero sint iustae denegandi consensum caussae, vid. *Ill. Dn.* ENGAV cit. loc. §. 114. et iusta caussa deficiente, consistorium supplet consensum, CARPZ. l. *def.* 53. WILLENBERG diss. *de consensu parentum supplendo per magistratum in nuptiis liberorum.*

§. CCI.

Continuatio.

Si coniungenda persona *curatorem* vel *tutorem* habet, 2) huius consensu opus est, BECK diss. *de spons. minorum sine consensu curat. non contrahendis*; ita, vt hoc consensu neglecto, nulla sint sponsalia, *id. ibid.* §. 45. Si coniungenda persona seruilis conditionis est, 3) *domini* consensus requiritur, *can. fin. C.* 20. *q.* 2. MEVIVS *part.* V. *decis.* 129. et *id.* tract. *von Absforderung der Bauern, quaest.* II. *n.* 160. *seqq.* de LVDEWIG *de consens. connub. extra patrem differ.* X. §. 8. conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* VIIII. §. 6. ita vt α) solui debeat census pro consensu domini, BOEHMER cit. loc. §. 7. quo soluto β) amplius impediri nequeunt sponsalia. Denique 4) milites ad consensum *superiorum* adstricti, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib.* II. *tit.* VIII. *membr.* I. §. 113.

§. 1. in fin. 4) clerici res ecclesiasticas facilius conducere possunt, quam saeculares, BOEHMER cit. loc. *lib.* III. *tit.* XVIII. §. 7. et 9. ϛ) iura stolae ne quidem apud Protestantes valide locari potuerunt, *id. ibid.* §. 10.

§. CLXXXXI.

De villicatione, commodato et deposito.

Quantum ad *villicationem* (§. CLXXXVIIII. n. 2.); illa est *contractus, quo ecclesia commoda rei cuiusdam concedit sub conditione, vt post accipientis mortem vna cum huius bonis propriis ecclesiae restituantur.* Quia per hnnc contractum nulla alienatio intenditur; praeter superioris consensum, nulla alia solennitas exigitur. STRVBE *de iure villicant. cap.* I. §. 11. et *cap.* II. §. 2. Sequitur *commodatum* (§. CLXXXXVIIII. n. 3.), quod est *contractus, quo certus vsus rei non fungibilis gratis conceditur.* De hoc contractu notes, velim: 1) solennitates in alienatione rerum ecclesiasticarum necessariae (§. CLXII.) hoc loco applicari non debeant, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XV. §. 1. quia in commodato nulla reperitur alienatio: 2) res ecclesiasticae consensu superioris commodari possint, modo res vsui sacro destinatae ad profanos vsus haud commodentur, tot. *tit.* X. *de commoda-*

modato, conf. *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib.* II. *tit.* XXXVI. §. 954. et 3) si res praelato absque consensu capituli, aut ministro ecclesiae, siue administratori absque consensu superioris, commodata fuerit; ecclesia ideo respondere non debeat, nisi versio in vtilitatem ecclesiae probari queat, BOEHMER cit. loc. §. 2. Denique contractus *depositi* iura ecclesiastica explicanda sunt (§. CLXXXVIIII. n. 4.), qui est *contractus, quo custodia rei alterius gratis suscipi promittitur.* Si 1) apud praelatum res deponitur, capitulum, si 2) apud alium clericum, superior consentire debet, alioquin ecclesia non obligatur ex hac depositione, nisi versio in vtilitatem ecclesiae probari possit, *cap.* 1. X. *de deposito*, *Cel.* PERTSCH cit. loc. § 955.

SECTIO II.

DE

ADQVISITIONE IVRIS ET OBLIGATIONIS PERSONALIS EX FACTO OBLIGATORIO ECCLESIASTICO LICITO, QVOD SINGVLA MEMBRA ECCLESIAE SPECTAT,

SIVE

DE SOCIETATE MATRIMONIALI.

ME-

MEDIT. I.
DE EO, QVOD IVSTVM ET INIVSTVM EST CIRCA CONSTITVENDAM SOCIETATEM MATRIMONALEM.

§. CLXXXXII.

An Protestantes principem a cognitione factorum obligatoriorum ecclesiae membrorum excludant?

A factis obligatoriis licitis, quae societas ecclesiastica, tamquam persona moralis suscipit (sect. praec.), ad *ea facta, quae singuli in hac societate suscipiunt*, nostra se conuertit oratio (§. CLV. n. 3.). Animus non est, ea facta obligatoria licita membrorum ecclesiae interpretari, quae ab iis, tamquam membris ciuitatis suscipiuntur, et in iudiciis ciuilibus cognoscuntur et deciduntur; sed *ea* solum *facta obligatoria singulorum ecclesiae membrorum* ad institutum nostrum pertinent, *quae a membris ecclesiae qua talibus et sine respectu ad ciuitatem suscipiuntur*. Eiusmodi facta obligatoria licita existere, Pontificii ideo defendere debent, quia ecclesiam habent rem publicam (§. X.), ideoque imperantem agnoscunt a saeculari distinctum et iudices ab imperante ecclesiastico dependentes. Protestantes vero, quippe qui ecclesiam defendunt, esse societatem aequalem ciuitati sub-

ſubiectam (§. XII.), nullum habent membrum eccleſiae, niſi principi ſaeculari ſubiectum, ideoque nullum factum obligatorium licitum a membro eccleſiae ſuſcipi poſſe, contendunt, cuius intuitu princeps ſaecularis ſtatuere haud poſſet, quid iuſtum et iniuſtum ſit.

§. CLXXXXIII.

Cur cauſſae matrimoniales in hoc compendio explicandae ſint?

Quae quum ita ſint; facile patet, hanc ſectionem: de factis obligatoriis eccleſiaſticis licitis, in compendio iuris eccleſiaſtici euangelici plane omittendam eſſe. Ipſe quoque ſuperuacaneam reputaſſem, niſi *matrimonium* foret negotium, quod Pontificii eccleſiae deciſioni vindicauerint, et ciuitatem a cognitione circa cauſſas matrimoniales plane excluſerint. Apud Proteſtantes quoque ei iudici, cui cognitio in cauſſis eccleſiaſticis relinquitur, cauſſae ſocietatem matrimonialem ſpectantes a principe ſimul demandantur. Ac quia hac ratione cauſſis ad ſocietatem eccleſiaſticam pertinentibus adſociantur cauſſae matrimoniales: haud immerito *matrimonium* inter *negotia eccleſiaſtica* refertur, et quidem *licita*, quia ſi ſecundum formam in iure praeſcriptam celebrantur, prohibita non ſunt; nec non

singula ecclesiae membra spectantia, non integram societatem ecclesiasticam, quia illa, non haec ex matrimonio iura adquirunt, et obligantur. Plura vero negotia obligatoria licita ecclesiastica, quae ad singula membra ecclesiae attinent, me latent. Atque ex hoc intelligi potest, cur in inscriptione huius sectionis obligatoria facta licita ecclesiastica singula membra respicientia, et matrimonium, pro talibus agnouerim, quae eamdem habent extensionem.

§. CLXXXXIIII.

Ordo in doctrina de matrimonio obseruandus.

Haud leues in doctrina de eo, quod iustum et iniustum sit circa matrimonia, obueniunt difficultates, quae partim ex defectu genuinorum fundamentorum in caussis matrimonialibus, THOMASIVS diss. *de fundamentorum definiendi caussas matrimoniales hactenus receptorum insufficientia* §. 9. partim ex eo, quod errores Pontificiorum saepe retineantur ab euangelicis scriptoribus, THOMASIVS cit. loc. § 8. et STRYK diss. *de reliquiis sacram. in caussis matrimonial.* cui se opposuit GRIBNER diss. *de his, quae ex iure Prot. matrimon. ad reliquias sacram. perperam referuntur*, deriuandae sunt. Periculum faciam in proponenda iuris matrimonialis doctri-

na

na ex genuinis fontibus, quantum in me positum erit. Quam ob rem ea, *quae iusta et iniusta sunt* 1) *circa constituendam*, 2) *circa constitutam* et 3) *circa dissoluendam societatem matrimonialem*, docebo.

§. CLXXXXV.

Societatis matrimonialis et sponsaliorum definitio.

Societas ad procreandam sobolem inita connubialis seu *connubium* appellatur, et prout ad educandam sobolem et mutuum adiutorium praestandum continuatur, aut non continuatur, vel *matrimonium* seu *coniugium*, vel *concubinatus* dicitur, *Ill.* DARIES *iur. natur. sect.* III. *cap.* II. §. 578. *Hic* in *rec. imp. de anno* 1548. prohibitus, conf CARPZ. *prax. crim. quaest.* LXX. *n.* 41. *seqq.* BREITHAVPT *de concubinatu a Christo et apostolis prohibito, et* GRAMM *de concubinatu illicito. Matrimonium* vero vt **I.)** *legitime constituatur* (§. pr. n. 1.), requiritur, vt 1) per sponsalia rite inchoetur, et 2) per copulam consumatur. Quantum ad *sponsalia*: haec sunt *pactum de futuro matrimonio ineundo*, *Ill.* DARIES cit. loc. §. 581. et ad sui valorem exigunt, vt α) matrimonium inituri consentire possint, et β) consensum legitime declarent.

§. CLXXXVI.

Requisita sponsaliorum determinantur.

De iis, qui sponsalia celebrare volunt, videndum 1) *vtrum consentire valeant* (§. pr. lit. α). Quia sponsalia sunt pactum de futuro matrimonio ineundo (§. pr.); sequitur, vt consensum ad futuras nuptias directum declarans intellectu, ratione atque libertate praeditus sit, *Ill.* DARIES *iur. nat. sect. II. cap. II.* §. 398. quae vero si desunt, consensus etiam ob defectum voluntatis abest. Praeterea iura praeter hanc impotentiam alia impedimenta sistunt, cur quis cum persona quadam pactum de futuro matrimonio ineundo celebrare nequeat, BODINVS diss. *de restringenda matrimonii libertate*, quam *impotentiam iuris* appellabo. Eam ob rem 1) de impotentia voluntatis, dein 2) de impotentia iuris mihi erit sermo.

§. CLXXXVII.

Quid consensum sponsalitium excludat?

Quod attinet I.) *ad impotentiam voluntatis* (§. pr. n. 1.); ea includi potest regula: *quidquid impedit obligationem ex contractu, id etiam impedit obligationem sponsalitiam.* STRYK ad LAVTERBACH tit. *de nuptiis* verb. *erroneus.* Inde in sponsalibus voluntas deest α) in *infantibus*; hi enim vsu intellectus ad consentiendum necessarii haud praediti sunt

cap.

cap. 4. et 5. X. *de desponsat. impuber.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. II.* §. 27. *n.* 1. β) in *impuberibus*, quibus resilire a sponsalibus concessum adepta pubertate, *cap.* 7. in fin. et 8. X. *eod.* conf. BOEHMER cit. loc. *n.* 2. et §. 28. γ) in *furiosis* et δ) *mente captis*, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 182. ε) in *Ira* aut ζ) *ebrietate correptis*, BRVCKNER *decis. matrim. cap. I. n* 70. *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. VIII. membr. I.* §. 111. *lit. c. et d.* conf. CARPZOV. cit. loc. *def.* 31.

§. CLXXXXVIII.

Continuatio.

Consensum sponsalitium vlterius *excludit* η) *dolus*, CARPZ *iurispr. consist. lib. II. def.* 183. *n.* 14. qui sponsalibus caussam dedit, etiam a tertio commissus, modo decepto culpa imputari nequeat *l.* 26. *C. de sponsalibus*, STRYK *de dissensu sponsalit. sect. II.* §. 9. et 11. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. I.* §. 141. θ) *coactio*, *cap.* 6. et 28. *X. de sponsal. et cap.* 11. *X. de sponsal. impub.* BRVCKNER *decis. iur. matrimonial. cap. XXI. n* 6. *seqq.* BOEHMER cit. loc. §. 115. licet a magistratu adhibita, CARPZOV. cit. loc. *lib II. def.* 5. et BOEHMER cit. *lib. IIII. tit. I.* §. 125. ita vt puella ob vim metuendam sequestranda

 sit,

fit, COCCEII *de sequestr. feminar.*; a parentibus vero caactio adhiberi potest, si ad sponsalia in genere directa, conf. BOEHMER cit. loc. § 124. non ad certam personam, *cap.* 14. X. *de sponsal.* conf. BOEHMER *ibid.* §. 116. et 119. seq. et inuitatio ad sponsalia per varia commoda proposita et persuasiones haud prohibita est, *cap.* 3. X. *de condit. appos.* conf. BOEHMER cit. loc. § 131. modo potentatus et concussionis ratio desit, *de* LYNCKER *vol.* I. *resp.* 143. *n.* 37. *seqq* et *resp.* 173. *n.* 3. et HARPPRECHT *vol. nou. consil.* 44. *n.* 340. denique *c*) *error* commissus *a*) circa substantialia matrimonii, *b*) circa ea, quae in hoc negotio tacite subintelliguntur, BRVCKNER *decis. matrim. cap.* XX. per tot. et *c*) circa bona fortunae, si vel 1) haec bona in conditione fuere posita, LVTHERVS tr. *von Ehe-Sachen tom.* VI. *Witteb.* fol. 269. et STRYK c. l. *sect.* II. §. 30. vel 2) dolus alterius huic errori ansam dedit, STRYK cit. loc. *sect.* II. §. 12. BRVCKNER *de caus. matrim. cap.* XVIIII. *n.* 4. et 51. vel 3) ob eiusmodi bonorum defectum sponsus oneribus matrimonialibus impar inueniatur, *de* LEYSER *ad π. sp.* 286. *medit.* 2. in reliquis vero casibus error circa bona accidentalia commissus sponsalia non vitiat, *can.*

can. vn. §. 5. *C.* 29. *q.* 1. BRVCKNER cit. *cap.* XX.

§. CLXXXXVIIII.

Recensentur, caussae, quae consensum sponsalitium inualidum reddunt.

Iam II.) *de impotentia iuris* (§. CLXXXXVI. n. 2.) siue de caussis, quae in legibus ad hunc effectum constitutae, vt consensum in futurum matrimonium declaratnm inualidum reddant; quales sunt, si persona, quae sponsalia celebrare vult, *a*) ad cuiusdam consensum adstricta, et hic omissus fuerit, *b*) in matrimonio adhuc viuat, aut *c*) sponsalia cum alia persona antea celebrauerit, quae nondum dissoluta, *d*) in statu reperiatur, qui caelibatum exigit, *e*) personae desponsandae in gradu lege prohibito iuncta sit, *f*) caussa moralis exstiterit, cur matrimonium, in quo antea viuebat, fuerit dissolutum. Si inter personas coniungendas *g*) adulterium commissum, quod tamen suis sub limitationibus intelligendum; *h*) magna diuersitas conditionis aut *i*) religionis deprehendatur, aut *k*) si vna alterius intuitu criminis raptus rea sit, quippe quod iterum suo modo consensui sponsalitio impedimento esse potest. De his impedimentis sigillatim fiet mentio.

§. CC.

Quorum consensus exigendus ab iis, qui sponsalia celebrare volunt.

Quodsi *a*) *ille*, *qui sponsalia celebrare vult ad consensum cuiusdam adstrictus*, *hic requirendus est* (§. pr. lit. a), *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib.* II. *tit.* VIII. *membr.* I. §. 112. Illi, quorum consensus sub poena nullitatis sponsaliorum est requirendus, sunt 1) *parentes vtrique*, *can.* I. et 3. *C.* 30. *q.* 5. STRYK *de dissens. sponsal. sect.* IIII. §. 30. THOMASIVS diss. *de coniugio absque parentum consensu*; licet desponsandi maiorennes sint, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 49. et BRVCKNER *decis. matrim. cap.* II. *n.* 79. aut parentes impii sint, BRVCKNER cit. loc. *n.* 73. CARPZ. cit. loc. *def.* 43. BOEHMER cit. loc. *lib.* IIII. *tit.* II. §. 12. n. 1. ita vt dissentientibus patre et matre, patris voluntas praeferenda sit, BRVCKNER cit. loc. *n.* 74. et, parentibus primi gradus exstinctis, reliqui adscendentes, *id. ibid. n.* 2. modo *α*) liberi a patria potestate haud liberati, CARPZ. cit. loc. *def.* 49. et BOEHMER cit. loc. §. 13. et *β*) consensus modeste requisitus absque iusta caussa haud denegetur, BOEHMER cit. loc. §. 18. quae caussa, vt super eius iustitia cognosci queat a consistorio, huic indicanda, BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* XVI. §. 5. CARPZ. cit. loc.

def.

def. 52. et STRYK *vſu moderno digeſt. lib.* XXIII. *tit.* I. §. 17. quales vero ſint iuſtae denegandi conſenſum cauſſae, vid. *Ill. Dn.* ENGAV cit. loc. §. 114. et iuſta cauſſa deficiente, conſiſtorium ſupplet conſenſum, CARPZ. l. *def.* 53. WILLENBERG diſſ. *de conſenſu parentum ſupplendo per magiſtratum in nuptiis liberorum.*

§. CCI.

Continuatio.

Si coniungenda perſona *curatorem* vel *tutorem* habet, 2) huius conſenſu opus eſt, BECK diſſ. *de ſponſ. minorum ſine conſenſu curat. non contrahendis*; ita, vt hoc conſenſu neglecto, nulla ſint ſponſalia, *id. ibid.* §. 45. Si coniungenda perſona ſeruilis conditionis eſt, 3) *domini* conſenſus requiritur, *can. fin. C.* 20. *q.* 2. MEVIVS *part.* V. *deciſ.* 129. et *id.* tract. *von Abforderung der Bauern, quaeſt.* II. *n.* 160. *ſeqq. de* LVDEWIG *de conſenſ. connub. extra patrem differ.* X. §. 8. conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* VIIII. §. 6. ita vt α) ſolui debeat cenſus pro conſenſu domini, BOEHMER cit. loc. §. 7. quo ſoluto β) amplius impediri nequeunt ſponſalia. Denique 4) milites ad conſenſum *ſuperiorum* adſtricti, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccleſ. lib.* II. *tit.* VIII. *membr.* I. §. 113.

§. CCII.

Impedimenta a matrimonio sponsalibus et statu desumta.

Consensus sponsalitius declarari nequit *b*) *ab eo, qui in matrimonio viuit* (§. CLXXXXVIIII. lit. b.), BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* VII. § 6. *c*) *ab eo, qui sponsalia cum alia persona celebrauit, quae nondum dissoluta* (§. cit. lit. c.) BOEHMER cit. *lib.* IIII. *tit.* IIII. §. vlt. et STRYK *de dissens. sponsal. sect.* III. *cap.* V. per tot. Et ille, qui consensum sponsalitium declarauit, non obstantibus prioribus sponsalibus, 1) poenam arbitrariam incurrit, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 64. *n.* 2. 2) restituit expensas parti innocenti, *id. ibid. n.* 6. seqq. 3) arrham perdit, quae cedit consistorio, STRYK cit. loc. §. 10. et CARPZOV. cit. l. *n.* 14. et 4) interesse praestandum innocenti, STRYK cit. l. §. 6. Inter ea, quae sponsalibus sunt impedimento, quoque pertinet *d*) *status, qui caelibatum exigit* (§. cit. lit. d., conf. BOEHMER cit. loc. *lib.* III. *tit* III. §. 24. seqq. licet enim clericis apud Protestantes ob statum, quem gerunt, in regula haud prohibitum sit, vxorem ducere BOEHMER cit. loc. §. 20. haec regula tamen admittit exceptionem 1) in clericis ex institutis Pontificiorum retentis, si statutum caelibatum exigens auctoritate principis confirmatum, *id. ibid.*

ibid. §. 24. seq. et 2) si priuatus fundationem constituit sub conditione caelibatus, *id. ibid.* §. 26. seq. ita tamen, vt beneficiarius renunciare possit vtroque casu beneficio, si matrimonium celebrare vult, *id. ibid.* §. 25.

§. CCIII.

Cognationis definitio et diuisio.

Altioris indaginis est doctrina de impedimento, *e) si personae desponsandae in gradu lege prohibito coniunctae sunt* (§. CLXXXXVIII. lit. e.). *Necessitudo orta ex natiuitate est cognatio.* Quae natiuitas, si 1) lege ciuili fingitur, *cognatio* est *ciuilis*; si 2) lege ecclesiastica fingitur, *cognatio* dicitur, *ecclesiastica* seu *spiritualis*. Si vera adest natiuitas, quae *naturalem cognationem* efficit; videndum, vtrum 3) vtraeque personae, de quorum sponsalibus sermo est, ipsae a communi stipite descendant, quod *consanguinitas* appellatur; an vero 4) persona coniungenda cum alterius coniungendae personae iunctum, coitum exercuerit, quod vinculum *affinitas* nominatur. Lex ciuilis fingit natiuitatem in *adoptione*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit. XII.* §. 1. Lex ecclesiastica, sed pontificia tantum, non Euangelicorum, in *baptismo*, *confirmatione* et *confessione* suam spiritualem cognatio-

tionem distinguit in *compaternitatem*, *paternitatem* et *confraternitatem*; quos terminos in praelectionibus ob vsum theoreticum explicabo, *id. ibid. tit. XI.* per tot.

§. CCIIII.

De vsu specierum cognationis apud Protestantes.

Vsus legalis cognationis. (§. pr. n. 1.) in ecclesiam eit introductus per ipsas leges ecclesiasticas, *can.* 1. 5. et 6. *C.* 30. *q* 3. et *cap. vn. X. de cognatione legali*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. XI.* §. 1. nec contrarium apud Protestantes est receptum, STRYK in not. *ad Brunnem. ius ecclef. lib. II. cap. XVI.* §. 19. et BOEHMER cit. loc. §. 3. sed ideo exiguus, qui ipsa adoptio rarius hodie existit, b. SCHAVMBVRG. *comp. digest. lib. I. tit. VII.* §. 6. *Spiritualis cognitio* (§. pr. n. 2.) apud Protestantes plane nullam admittit applicationem, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 74. et BRVCKNER *decis. matrim. cap. IIII. n.* 64. *Cognationis* denique *naturalis* (§. pr. n. 3. et 4.) frequentissimus est vsus; ideoque de hac vberior addi debet explicatio.

§. CCV.

Termini in doctrina

Primo loco *iura consanguinitatis* (§. CCIII. n. 3.) interpretabor: atque vt

vt docere possim, quoto gradu consanguinei valida sponsalia celebrare nequeant, 1) terminos technicos in hac doctrina obuenientes explicabo, deinde 2) modum computandi gradus suppeditabo et denique 3) ipsius prohibitionis limites determinabo. Quantum I.) ad *terminos technicos*; notes, velim, quod *a*) *gradus* sit *relatio personae generantis ad generatam*, *b*) *stipes communis* sit *persona*, *o qua illi descendunt*, *de quorum cognatione quaeritur*, et *c*) *linea* sit *concatenata series graduum*, quae vel *recta*, vel *obliqua* seu *collateralis* dicitur, prout omnes in concatenata serie graduum existentes sibi inuicem generantis et generati loco sunt, vel non. Haec *collateralis* appellatur *aequalis*, si illi, de quorum cognatione sermo est, aequali graduum numero a communi stipite descendunt; *inaequalis* vero nominatur, si alteruter altero remotior est a communi stipite.

de cognatione obuenientes explicantur.

§. CCVI.

Modus computandi gradus.

Sequitur II.) doctrina *de modo computandi gradus* (§. pr. n. 2.). Hic modus alius est secundum *ius Romanum*, quippe quod vnicam agnoscit computationis regulam, nimirum: *quod sunt generationes*, *tot sunt gradus*. Quae *com-*

computatio dicitur *ciuilis*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XIIII.* §. 2. *Computatio*, quam *ius canonicum* praescribit, ideoque *canonicae* nomen sortita est, tribus inuoluitur regulis: nempe 1) in linea recta: *quot sunt generationes, tot sunt gradus:* 2) in linea collaterali aequali: *quot sunt generationes inter vnum cognatorum et communem stipitem, tot sunt gradus inter eos, de quorum cognatione sermo est:* 3) in linea collaterali inaequali: *quot sunt generationes inter remotiorem a communi stipite et stipitem communem, tot sunt gradus inter eos, de quorum cognatione sermo est, Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. VIII. membr. II.* §. 126. Licet computatio ciuilis magis adaequata sit canonica, BOEHMER cit. loc. §. 13. seq. et SCHOEPFFER diss. *de dispensat. matrim. th.* 5. haec tamen in doctrina de matrimonio vnice applicatur apud ipsos Protestantes, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 75. et SCHILTER *instit. iur. can. lib. II. tit. X.* §. 28.

§. CCVII.

Prohibitionis limites determinantur.

Denique III.) ipsius *prohibitionis limites* sequuntur determinandi (§. CCV. n. 3.). Prohibitiones his comprehendi possunt *regulis*: *nuptiae prohibitae sunt*

1) *in*

1) *in linea recta in infinitum*, CARPZOV. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 99. *n.* 12. et BOEHMER *iur. eccles. prot lib.* IIII. *tit.* XIIII. §. 44. 2) *in linea obliqua in iis casibus, qui Leuit.* XVIII. et XX. *expressi sunt*, CARPZ. *de exscissionis poena in incestas nuptias*, KLAVSING *de nuptiis iure diuino prohibitis*, VALEND *de lege connubii Leu.* XVIII ita quidem, vt prohibitio diuina ad casus *Leuit.* XVIII. et XX. restringenda, et ad casus ibi non expressos, licet in eodem gradu reperiantur, extensio haud facienda, LVTHERVS *tom.* II. *opp. Ienens. fol.* 252. SPENER *resp theol. part.* II. *cap.* IIII. *pag.* 105. BRVCKNER *decis matrim. cap.* VI. *pag.* 306. *seq.* STRYK ad BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* XVI. §. 26. his ex rationibus, quod *Leuitic. cap. cit.* expressae prohibitiones *a*) pristinam libertatem restringant, *b*) Iudaeis durae ceruicis hominibus latae, *c*) quibus nullibi modus computandi praescriptus, quippe qui est inuentum iuris humani BRVCKNER cit. loc. *n.* 5., *d*) diuersi casus eiusdem gradus distinctis saepe vtantur rationibus *id. ibid. n.* 15. *e*) dum prohibitiones *Leuit.* XVIII. expressae repetuntur *Leuit.* XX. eorumdem casuum fit mentio, quod dubio procul haud factum, si reliqui casus eiusdem gra-

gradus eodem pollere deberent iure, conf. *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib.* II. *tit.* VIII. *membr.* IIII. §. 144. not. **. Nec tamen desunt dissentientes DD. b. BVDDEVS *theol. moral. part.* II. *cap.* III. *sect.* VI. §. 12. in not. CHEMNIT. in *loc. theol. de coniugio part.* III. *pag.* 207. *seqq.* CARPZ. cit. loc. *def.* 76. et in *prax. crim part.* II. *quaest.* 73. *n.* 19. *seq.* conf. SCHOEPFER diss. *de dispensat. matrim. th.* 17. *seq.*

§. CCVIII.

Continuatio.

Inter *prohibitionis regulas* vlterius referri debet, quod 3) *in linea obliqua nuptiae semper prohibitae sint, si adest respectus parentelae*, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 115. conf. SCHOEPFFER diss. *de dispensat. matrim. th.* 19. quae est *cognatio duarum personarum, quarum altera immediate sub communi stipite, altera vero ab hoc remotior est.* 4) *Prohibitio nuptiarum vsque ad quartum gradum lineae collateralis aequalis computationis canonicae extensa est in iure pontificio*, *cap.* 8. X. *de consanguin. et affinit.* et *cap.* 3. X. *de clandest. despons.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* XIIII. §. 26. quod apud Protestantes passim ad tertium gradum lineae aequalis, passim lineae inaequalis, passim magis limita-

mitatum, *id. ibid.* §. 17. ſeq. et CARPZ. c. l. *def.* 77. 79. 84. ſeq.

§. CCVIIII.

Affinitatis definitio et honeſtatis publicae intra.

Coitus vnius coniungendae perſonae cum alterius coniungendae iuncta, quem affinitas ſupponit (§. CCIII. n 4.), *vel* praeſumitur, quia vna coniungendarum cum alterius coniungendae conſanguinea ſponſalia celebrauit, quae poſtea iterum diſſeluta fuere, quo caſu adeſt *honeſtatis publicae impedimentum: vel* verus coitus adeſt; et hoc caſu *affinitas proprie talis* adeſt. Illud honeſtatis publicae impedimentum cauſſa eſt, cur deſponſata perſona cum perſonae ſibi olim deſponſatae conſanguineis matrimonium celebrare nequeat, *cap.* 4. et 8. *X. de ſponſal. et matrim. cap.* 12. *de deſponſat. impub. can.* 11. 12. 15. *C.* 27. *q.* 2. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. I.* §. 144. quae prohibitio apud ipſos proteſtantes attenditur, CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib. II. def.* 108. et 121. et in *definit. forenſ. part. IIII. conſt. XXIIII. def.* 13. SCHILTER *praxis iur. Rom. exerc. XXI.* §. 37. Quia vero eius ratio vnice in ſuſpicione ſuſceptae copulae carnalis inter deſponſatos conſiſtit, BOEHMER cit loc. haec ſuſpicio per iuramentum ſuperſtitis deſponſati,

N quod

quod nulla commixtio cum altero desponsato interuenerit, excludi potest et solet. BRVNNEM. ad *l.* 12. *Digest. de ritu nupt.* in fin. et CARPZ. cit. loc. *def.* 122. *n.* 19.

§. CCX.

Tria genera affinitatis determinantur.

Si persona coniungenda cum alterius coniungendae iuncta coitum siue legitimum, siue illegitimum, *cap.* 6. et 10. X. *de eo, qui cognou. consanguin. Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. VIII. membr. II.* §. 122. LAVTERBACH *de iure affinitatis cap. III.* §. 2. et CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 97. exercuit; *affinitas* adest (§. CCIII. n. 4.). Haec persona alteri coniungendae iuncta, cum qua altera coniungenda coitum celebrauit, si 1) est consanguinea, audit *affinis primi generis*; inde *affinitas primi generis* est *vinculum coniungendorum ortum ex coitu vnius coniungendi cum alterius coniungendi consanguineo celebrato.* Si est 2) affinis primi generis, nascitur *affinis secundi generis*; inde *affinitas secundi generis* est *vinculum coniungendorum ortum ex coitu vnius coniungendi cum alterius coniungendi affine primi generis celebrato.* Si 3) est affinis secundi generis, dicitur *affinis tertii generis*: ex quo patet, quod *affinitas tertii generis* sit

sit *vinculum coniungendorum ortum ex coitu vnius coniungendi cum alterius coniungendi affine secundi generis celebrato*, *can.* 22. *C.* 35. *q.* 2. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. XIIII.* §. 33.

§. CCXI.

De vsu generum affinitatis.

De *vsu horum generum affinitatis* notes, quod 1) tertium genus affinitatis ne quidem apud Pontificios sponsalibus hodie sit impedimento, *cap.* 8. X. *de consanguin. et affinit.* multo minus apud Protestantes, CARPZ. *part. IIII. const. XXIIII. def.* 12. BOEHMER *iur. eccl. prot lib. IIII. tit. XIIII.* §. 35. in fin. 2) secundum genus affinitatis ex iure pontificio iterum non est impedimento, cit. *cap.* 8. quod etiam apud Protestantes obtinet, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. XVI.* §. 23. LAVTERBACH *de iure affin. diss. II. part. II.* §. 28. *seq.* BOEHMER cit. loc. quod CARPZ. cit. loc. *def.* 10. et 11. et SCHOEPFFER diss. *de dispensat. matrim. th.* 31. minus recte ad collateralem lineam restringunt, nisi quod casus *l.* 15. *D. de ritu nupt.* in praxi inter prohibitos fere vbique referatur; BOEHMER cit. loc. §. 33. et CARPZOV. *iurispr. consist. lib. II. def.* 101. *n.* 20. Quae quum ita sint; ducere licet *a*) coniugis defunctae fratris viduam,

conf. BOEHMER cit. loc. §. 35. dissent. CARPZ. cit. loc. *def.* 102. β) nouercae matrem, conf. BOEHMER cit. loc. §. 31. seq. dissent. GRIBNER *de incest. cum nouercae matre nuptiis* §. 8. *seqq.* γ) priuignus priuignam, conf. CARPZ. cit. loc. *def.* 105. dissent. MATTHAEI *de fundam. quibusd. iur. aliter iaciendis disp. XII. th.* 18.

§. CCXII.

Quatenus affinitas primi generis sponsalibus sit impedimento.

Quum primum genus affinitatis sponsalibus tantum sit impedimento (§. pr): videndum, quousque impedimentum sistat. Vbi ante omnia notandum, quod coitus, qui in affinitate semper vna ex necessitudinis rationibus est (§. CCIII. n. 4.), numerum graduum augere et qualitatem linearum mutare nequeat (§. CCV.): consequenter in computandis gradibus affinitate coniunctorum regula locum habeat huius tenoris: *quoto gradu, quaue linea mihi quis iunctus est in consanguinitate, eodem gradu eademque linea eius concumbens in affinitate, can.* 12. *seqq. C.* 35. *q.* 2. *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib. II. tit. VIII. membr. II.* §. 128. et ipsius prohibitionis intuitu haec regula introducta: *quoto gradu nuptiae prohibitae sunt in consanguinitate, eodem gradu prohibitae sunt in affini-*

affinitate, *cap.* 8. *X. de consanguin. et affin.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. XIIII.* §. 26.

§. CCXIII.

De dispensatione.

Sponsaliorum impedimentum, quod sistit cognatio, tolli potest per *dispensationem*, BOEHMER diss. *de iure dispensandi*, quippe quae est *derogatio legi, intuitu certae cuiusdam personae, facta*, *Ill.* DARIES *iur. nat. part. gen. cap. III.* §. 124. qualis lex, cui derogatur, si matrimonialis est, oritur *dispensatio matrimonialis*, SCHOEPFFER diss. *de dispensat. matrimoniali th.* 2. Haec dispensatio a principe, cuius auctoritate lex sponsalia prohibens est introducta, BOEHMER dissert. *praelim.* ad *tom. IIII. iur. eccl. prot.* §. 32. et, ex speciali concessione principis, a quibusdam consistoriis, suscipitur, BOEHMER cit. loc. §. 33. n. 1. raro tamen, MYLER ab EHRENBACH in *gamolog. cap. VIII. th.* 9. CARPZ. *arbor. consanguin. diss. I. cap. vlt. n.* 97. modo dispensatio petatur 1) ante contracta sponsalia, alias poena locum habet, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 126. et SCHOEPFFER cit. loc. *th.* 14.

§. CCXIIII.

Continuatur.

Amplius dispensatio petenda 2) in

 casu

casu *Leuit.* XVIII. et XX. non prohibiti, quia in praxi habentur pro lege diuina positiua vniuersali, STRYK ad BRVNNEM. *ius eccl. lib.* II. *cap.* XVI. GEBHARD *loc de coniug.* §. 294. ad §. 346. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 109. STRVV. *syntagm. iur. ciu. exerc.* XXVIIII. *th.* 4. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII *tit.* XIIII. §. 44. seq. licet alii hanc qualitatem legem *Leuit.* XVIII. et XX. expressarum negent, conf. *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib.* II. *tit* XVIII. *membr.* 4. § 144. *not.* *. et FLEISCHER *geistl. Recht. lib.* II. *cap.* VIIII. §. 6. seq. et plerique sponsalia cum defunctae vxoris sorore ibidem prohibita non esse statuant, SCHOEPFFER diss. *de dispensat. matrim. th.* 27. THOMASII *iuristische Haendel part.* II. *cas.* 8. *Ill. Dn.* ENGAV cit. loc. §. 145.

§. CCXV.

De sponsalibus eius, qui caussa diuortii moralis.

Progredior in explicandis sponsalium impedimentis ad *id*, *quod f*) *illi*, *qui caussa moralis diuortii factus*, *obstat* (§. CLXXXXVIIII. lit. f.) *can.* 17. et 19. *C.* 32. *q.* 7. *cap.* 12. in fin. X. *de praesumt. nou.* 134. *cap.* 10. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* XVIIII §. 45. b. LVTHER. *tom.* VI. *Wittenberg.* fol. 261. A principe tamen non numquam permitti-

mittitur nocenti celebrare secundas nuptias, et ab ipso consistorio ad euitanda peccata: sed hoc sub ea interdum conditione hanc confert licentiam, vt alibi sedem fortunarum quaerat, CARPZOV. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 191. BOEHMER cit. loc. et LVDOVICI *de caelibatu poenae nomine imposito.*

§. CCXVI.

De sponsalibus adulterantium.

Aliud impedimentum est *g*) *si adulterantes personae, soluto priori matrimonio, sponsalia celebrare volunt* (§. CLXXXXVIIII. lit. g.). Hae vero personae duabus tantum sub circumstantiis impeditae sunt; puta 1) si adulterium coniunctum fuit cum machinatione in mortem prioris coniugis, aut si 2) adulterantes viuente innocente coniuge fidem de matrimonio sibi dederunt, *can.* 2. et 4. *C.* 31. *q.* 1. *cap.* 1. X. *de conuers. infidel.* et *cap.* 6. X. *de eo, qui duxit in matrim.* quod praxis Protestantium sequitur, STRYK in not. *ad* BRVNNEM. *ius eccles. lib.* II. *cap.* XVI. §. 16. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 15. et *eiusd. defin. forens. part.* IIII. *const.* XX. *def.* 16. conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* VII. §. 2. seqq.

§. CCXVII.

De diuersitate conditionis.

Accedo *h*) ad *impedimentum, quod ex diuersitate conditionis oritur* (§. CLXXXXVIIII. lit. h.). Etenim ex sponsalibus personarum diuersae conditionis, si consummantur, oritur *matrimonium inaequale* seu *disparagium*, Germanis *Misheurath* et Gallis *Mesaliance*, *Ill.* ESTOR diss. *de odio in matrim. inaequal* §. 38 De quibus nobis notandum, quod 1) sit impedimentum iuris Germanici, MVLLER diss. *de matrim. nobilis cum ignob.* 2) quod tunc mas et femina habeantur inaequalis conditionis, si *α*) nobilis ministerialem seu inferioris nobilitatis vxorem vel plebeiam, aut *β*) ministerialis plebeiae conditionis feminam duceret, *Ill.* ESTOR cit loc. conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit* VIIII §. 19. seq. 3) si tamen celebrantur et consummantur sponsalia inter eiusmodi personas diuersae conditionis, negentur effectus matrimonii ciuiles, *id. ibid cap.* V. conf. WILLENBERG diss. *de matrimonio imparium.*

§. CCXVIII.

De religionis diuersitate et raptu.

Ordo tangit *i*) illud impedimentum, quod in *magna religionis diuersitate* consistit (§. CLXXXXVIIII. lit. *i*.). Prohibentur enim sponsalia inter christia-

stianum et infidelem, *cap.* 7. X. *de diuort.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* V. *tit.* VI. *§.* 63. in fin. et *obseruat. Halens tom* X. *obs.* 10. §. 8. *seqq.* nequidem fidelis cum catechumeno seu eo, qui sacra infidelium eiurare intendit, *cap.* 15. *C.* 28. *q.* 2. BOEHMER cit. loc. *lib.* III. *tit.* XXXIII. §. 61. Numerum impedimentorum auget, *k*) si vna desponsandarum personarum alteram rapuerit (§. cit. lit. k.). *Raptus* est *crimen per violentam abductionem feminae honestae libidinis gratia commissum*, BOEHMER cit. loc. *lib.* V. *tit.* XVII. *§* 139. Raptor raptam ducere nequit, nisi restituta libertate raptae, haec libere consentiat et illi, quorum consensu in sponsalibus opus est, *cap. fin.* X. *de raptor. incendiar.* quod etiam apud Protestantes applicari solet, LYNCKER *vol. I. resp.* 143. conf. BOEHMER cit. loc. §. 150. seq.

§. CCXVIIII.

Capita legitimae consensus declarationis.

Hactenus de potentia celebrandi sponsalia. Ab hac ad *existentiam sponsalium* nondum valide argumentari licet; sed constare debet 2), quod vtraeque personae consensum in futuras nuptias legitime declarauerint (§. CLXXXXV. lit. β.). Vt *consensus in futurum matrimo-*

monium legitime declaratus appellari possit, requiritur, vt *a)* altera persona alteri declarauerit, quod cum eadem pactum de futuro matrimonio ineundo celebrare velit; haec *b*) ante reuocationem promissionis, eam acceptauerit, et *c*) forma a legibus praescripta obseruanda ab iis, qui consensum sponsalitium declarare volunt. Conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* I. §. 40. et THOMASII diss. *de factis futur. sponsal.*

§. CCXX.

De ambitu connubiali.

Quantum 1) ad *declarationem* alterius, quod cum altera persona sponsalia celebrare velit (§. pr. lit. a); eiusmodi *studiosa petitio*, seu sollicitatio personae *ad alterius amorem captandum et futurum coniugium directa* a DD. dicitur *ambitus connubialis*, vulgo *Anwerbung, Freywerbung*, MVLLER diss. *de ambitu connubiali cap.* I. *th.* 3. et ambiens audit *speratus*, *Freyer*, virgo autem *sperata*, *id. ibid.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII *tit.* I. §. 40. *n.* 1. Hic ambitus *a*) differt ab ipsis sponsalibus, vti tractatus a contractibus, MVLLER cit. loc. *Ill.* DARIES *iur. nat. sect.* III. *cap.* II. §. 581. cor. *b*) suscipitur ab ipso ambiente, vel per proxenetam, MVLLER cit. loc.

loc. *cap.* IIII. *th.* 5. *c*) a parentibus, *Perill. L. B. de* WOLZOGEN diss. *de connub. infantum*, et *desponsatio* dicitur, qua desponsantes obligantur, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. *tit.* VIIII. §. 172. not. **. vt tamen liberi, quum ad annos discretionis peruenerunt, suo consensu approbauerint ambitum, necesse est, *can.* 1. *C* 30. *q.* 2. MVLLER cit. loc. *cap.* II. *th.* 3. *seqq.* et requirit *d*) categoricam declarationem, BOEHMER cit. loc. §. 101.

§. CCXXI.

Eiusque categorica declaratione.

Ambitus connubialis *categorica* est *declaratio*, a qua ad animum cum certam persona celebrandi sponsalia concludi potest. Eiusmodi declaratio *a*) suscipi potest verbis et factis, modo ad animum consensum sponsalitium declarandi directa sint, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* I. §. 101. qualia *b* non sunt *α*) iocosa, conf. MVLLER diss. *de ambitu connub. cap.* IIII. *th.* 2. *seq* PHILIPPI *vsus pract. instit. imper. eclog.* LVII. et CARPZ. *iurispr consist. lib* II. *def.* 19. *β*) quae efficiunt attestationem amoris, STRYK *de iure blanditiar cap.* II. *n.* 40. MVLLER cit. loc. *th.* 1. *γ*) si verba et facta magis applaudendi animum produnt, quam promittendi, HOPPIVS diss.

diss. *de loco cap.* II. *th.* 9. et MVLLER cit. loc *th.* 3. *δ*) si signa sunt aequiuoca et dubia, magis respiciendum ad rationem, cur suscepta, quam ad id, quod factum, conf. MVLLER cit. loc. *th.* 4. et *idem* in diss. *de annulo pronubo.* Si denique *ε*) verba sunt dubia, ad communem vsum loquendi et verborum intellectum attendendum, *cap* 7. X. *de sponsal. et matrim.* BOEHMER cit. loc.

§. CCXXII.

De acceptatione speratae.

Hanc oblationem sperati 1) *acceptare debet virgo sperata* (§. CCXVIIII. lit. b), vt mutuus in futuras nuptias existat consensus. De hac acceptatione notes velim, quod virgo 1) ante acceptationem ex ambitu nullum habeat ius quaesitum et consequenter 2) se laesam dicere nequeat, si reuocatur oblatio sperati, antequam sperata consentit; si vero 3) post reuocationem acceptare velit promissionem reuocatam, hanc acceptationem nullius valoris esse, quum nihil amplius adsit, quod acceptari possit, MVLLER diss. *de ambitu connub. cap.* V. *th.* 2. *seqq.* 4) ea, quae de declaratione connubialis ambitus (§. pr.) dicta sunt, etiam ad declarationem acceptationis applicanda esse, BOEH-

BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. I.* §. 102. seqq.

§. CCXXIII.

De sponsaliorum forma.

Promissione de matrimonio celebrando accepta, adest quidem pactum de futuris sponsalibus publicis, THOMASIVS diss. *de pacto futurorum sponsal.* §. 3. STRYK *de dissensu sponsal. sect. I.* §. 25. et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. I.* §. 40. *n.* 2.; nondum vero in ciuitate adsunt sponsalia perfecta, BOEHMER cit. *lib. IIII. tit. III.* §. 2: quippe quae adhuc requirunt 3) *formam in iure praescriptam* (§. CCXVIIII. lit. c) seu *publicum et solennem declarationem*, quo omnibus in societate ciuili innotescat, sponsalia legitimo modo esse contracta, HVBER. *de iure ciuit. lib. II. sect. I. cap.* 3. §. 18. *seq.* BOEHMER cit. loc. §. 2. De his *solennitatibus* notandum, quod 1), prout adhibitae vel omissae, *sponsalia* reddantur aut *publica* et *solennia*, aut *priuata nudaue*, *cap.* 1. *seqq. X. de spons.* STRYK cit. loc. *sect. IIII. cap. I.* §. 29. *seq.* BOEHMER cit. *lib. IIII. tit. I.* § 105. 2) per haec solennia contrahentes demum fiant desponsatae personae, seu sponsus et sponsa, BOEHMER cit. loc. et THO-

MA-

MASIVS cit. diss. 3) ipsarum solennitatum qualitas non vbique conueniat.

§. CCXXIIII.

Ipsae solennitates recensentur.

Ad *sponsalium solennia* vt plurimum refertur 1) praesentia testium, STRYK *de dissens. spons. sect. IIII. cap. I.* §. 29. et 30. qui, si tantum solennitatis caussa adhibentur, possunt esse cognati et domestici, CARPZ. *iurispr. consist. lib. III. def.* 43 vt vero plene probent, adsint duo omni exceptione maiores, MEVIVS *part. VIII decis.* 38 *n.* 5.: 2) *arrha sponsalitia*, vulgo *Mahlschatz*. quae sunt *bona a personis desponsatis ad probanda sponsalia in se inuicem translata. Ill* DARIES *iur. nat. sect. III. cap. II.* §. 583. Vtrum 3) iuramento, FRIESE diss. *de sponsalibus cum iuramento contractis conseruandis*, conf. STRYK cit. loc. §. 34. seq. vel 4) poena conuentionali, *Cel.* BRAVN diss. *de poena conuentionali praecipue in matrimonialibus*, firmare velint sponsalia, ab arbitrio contrahentium pendet. Ab his sponsalium firmamentis arcessitur eorumdem diuisio in *firmata* et *simplicia*, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit VIIII.* § 180. Denique 5) contractui sponsalitio, vti aliis pactis, leges addi possunt, *id. ibid.*

ibid. §. 174. *n.* 2. *lit. c.* de his specialius dicendum erit.

§. CCXXV.

Si enim consensus in futuras nuptias legitime declaratus est, eius effectum vel suspendunt ab euentu circumstantiae, vel minus: priori casu adsunt *sponsalia conditionata*, posteriori *pura*, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. VIIII.* §. 176. In conditionatis euentus circumstantiae vel incertus est intuitu temporis, quando sit exstiturus, quae sunt *sponsalia conditionata in specie et proprie talia*; vel certus ratione temporis, quae dicuntur *sub die*, et si tempus finiendae obligationis sponsalitiae additum, *in diem*, si vero differendae obligationis caussa adiectum, *ex die* appellantur *sponsalia*, *cap.* 22. *X. de sponsal. et matrim. Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. II. tit. XIII.* §. 717. *n.* 4. *seq.* Iura horum sponsalium ita enucleabo, vt de sponsalibus 1) puris, 2) conditionatis proprie talibus, 3) in diem et 3) ex die celebratis fiat mentio.

Diuisio sponsalium in pura et conditionata.

§. CCXXVI.

Quod attinet 1) ad *sponsalia pura* (§. pr. n. 1.), ea apud Protestantes dicuntur de praesenti, puta matrimonio, CHEM-

Iura sponsalium purorum recensentur.

CHEMNITIVS *loc. theolog. de coniugio*, BOEHMER diss. *de incongrua praxi doctrinae de sponsalibus de futuro et de praesenti in foris protest.* et FRIESE diss. *de vera sponsal. de praesenti et nuptiar. differentia:* et quia Pontificii, sponsalia de praesenti in effectu matrimonium esse, nulli dubitant, *cap.* 14 *X. de conuers. coniug. cap.* 22. 30. 31. ESPEN *iur. eccles. part. II. tit XII. cap. I.* § 1.; ipsi Protestantes *effectus matrimonii* ad sponsalia pura seu de praesenti applicant, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 17. *n.* 6. et *lib. III. def.* 35 *n.* 6. et *def.* 44. *n.* 11. *et* 12. nec non in *responsis lib. III. resp.* 57. WESENBEC *ad digest. lib. XXXIII. tit. I. n.* 3. et SCHNEIDEWIN *ad instit. lib. I. tit. X. part. I. n.* 4. quales feruntur 1) quod contra haec sponsalia non admittatur iurisiurandi delatio, *cap.* 34. *X. de iureiur.* CARPZ. *respons.* cit. loc. *n.* 4. *id. in definit. forens. part. I. const. XII. def.* 30. MEVIVS *part. V. decis.* 210. *n.* 5. et GAILL. *lib. II. obs.* 93. *n.* 13. *seqq.* legali tamen seu necessario non excluso, *cap.* 10. *X. de desponf. impub. cap.* 7. *X de frigid. et malef. cap.* 4. *de probat.* BOEHMER cit. diss. *cap. II.* §. 2. 2) transactio, *cap. vlt. X. de transact.* CARPZ. cit. *iurispr. consist. lib. II. def.* 233. *n.* 4. et *lib. III. def.* 44. *n.* 1. et 12.

et 12. aut 3) compromissum, *cap.* 9. in fin. X. *de in integr. restit.* BOEHMER cit. diss. §. 4.

§. CCXXVII.

Continuatio.

Ad *consectaria*, quae ex doctrina, quod sponsalia pura conueniant cum iis, quae sunt de praesenti, et consequenter ipsum constituant matrimonium, deducuntur, vlterius pertinet, quod valor eiusmodi sponsaliorum tolli nequeat 3) per mutuum dissensum, *cap.* 31. X. *de sponsal. cap.* 3. X. *de sponsa duorum*, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 133. *seqq.* 4) per concursum sponsalium, licet alia praecedant, quae tamen pura non sunt, *cap.* 1. et 3. X. *de spons. duor.* CARPZOV. cit. loc. *def.* 70. licet 5) conditionatis prioribus accesserit concubitus, *cap.* 15. et 31. X. *de sponsal. cap. fin.* X. *de spons. duor.* HOPP. comment. *ad inst. lib.* I. *tit.* X. *pag.* 87. 6) per restitutionem in integrum, BOEHMER diss. *de restit. in integrum contra sponsal. pura minor.* Denique de sponsalibus puris, quae sponsalia de praesenti et ipsum matrimonium habent, defendunt, quod admittant 7) absolutam coactionem ad consummanda ea per copulam sacerdotalem, de quo disputat BOEHMER diss. *de incon-*

grua praxi doctrinae de sponsalibus de futuro et de praesenti in foris protest. cap. II. §. 14. 8) sponso ius in sponsae corpus et 9) obligationem hanc alendi tribuant. De his putatiuis effectibus sponsalium de praesenti testatur *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. *tit.* VIIII. §. 179. *lit. e.* et *f.*

§. CCXXVIII.

Sponsalia pura non sunt ipsum matrimonium.

At enim vero, *quod sponsalia pura idem, quod Pontificiorum sponsalia de praesenti siue matrimonium, haud intuoluant*, his potissimum rationibus adstrui potest: quod 1) definitionem sponsaliorum et matrimonii collatio (§. CLXXXXV.) doceat, sponsalia et matrimonium inter easdem personas eodem tempore existere haud posse, per consequens nulla sponsalia, ergo nec sponsalia pura posse dici ipsum matrimonium: 2) dum Protestantes defendere velint, quod omnia sponsalia pura sint de praesenti et ipsum matrimonium, ille errorem pontificium de sponsalibus, quae ipsum sint matrimonium, longius extendant, quam ipsi Pontificii; hi enim *a*) numquam asseruerunt, omnia sponsalia pura esse de praesenti, sed tantum illa pura, vbi desponsantes verba praesentia, *tu es vxor mea*, et *tu*

es

es maritus meus, adhibuere, *cap.* 9. et 32. X. *de sponsal. et matrim. cap.* 14. X. *de conuers. coniug.* et *cap.* 3. X. *de sponsa duor.* et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* I. §. 22. et β) patres concilii Tridentini ne quidem admittere voluerunt, quod haec verba praesentia sufficientia sint ad sponsalia de praesenti, sed praesentiam parochi exegerunt, *concil. Trident. sess.* XXIIII. *can.* 1. quod apud Pontificios applicatur, teste LEYSER *spec.* 298. *m.* 10.

§. CCXXVIIII.

Falsitatem sententiae, quod sponsalia pura sint de praesenti, 1) omnes accuratiores DD. euincunt, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. *tit.* VIIII. §. 186. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* II. *tit.* XXIIII. §. 62. et *lib.* IIII. *tit.* I. §. 39. *n.* 1. §. 91. *seq.* §. 159. quid? quod 2) ipsa praxis plurimorum consistoriorum repugnat, BRVCKNER *decis. matrim. cap.* I. *n.* 3. et 29. et de singulis consectariis ex falsa doctrina de sponsalibus puris cum de praesenti et ipso matrimonio coincidentibus supra (§. CCXXVI. seq.) enumeratis contrarium vsum demonstrat. Quoad 1) iuramenti delationem vid. STRYK *de delatione iuram. in matrim.* BOEHMER diss. *de incon-*

sententiis DD. et vsu hodierno firmatur.

grue praxi doctrinae de sponsalib. de futur. et de praes. in foris protest. cap. II. §. 2. 2) transactionem, STRYK *de dissens. sponsal. sect.* III. §. 3. 3) dissensum mutuum, *id. ibid. sect.* II. §. 5. seq. et *sect.* III. §. 8. seqq. BOEHMER cit. diss. *cap.* II. §. 6. 4) derogationem priorum conditionatorum, STRYK cit. loc. *sect.* IIII. *cap.* 4. §. 2. *seqq.* BRVCKNER cit. loc. *cap.* IIII. *n.* 16. conf. BOEHMER cit. diss. *cap.* II. §. 10. 5) derogationem eorum conditionatorum, quae copula firmata sunt, BOEHMER cit. loc. §. 12. in fin. 6) exclusam restitutionem in integrum, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* I. §. 73. 7) coactionem, et sic porro, *id ibid.* §. 65. seqq.

§. CBXXX.

De sponsalibus sub conditione impossibilis,

Ordo tangit 2) *sponsalia conditionata*, (§. CCXXV. n. 2.), quae *de futuro*, videlicet matrimonio, a Protestantibus appellantur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* I. §. 10. et CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 20. *n.* 4. Circumstantiae euentus incertus, a quo sponsalia conditionata celebrantes suspendunt effectum sponsalium (§. CCXXV.), si 1) ita comparatus, vt existens fieri possit, adest *conditio possibilis*; si vero 2) existere nequit, *impossibilis*, vel ob naturam, quae *physice* seu *naturaliter*, vel

vel ob legis prohibitionem, quae *moraliter impossibilis* dicitur. Conditio impossibilis qualiscumque, si sponsalibus addita, vitiat sponsalium contractum, STRYK *de dissens. sponsal. sect. II.* §. 12. et *sect. IIII. cap. I.* §. 18. et BOEHMER cit. loc. *lib. IIII. tit. V.* §. 11. dissent. CARPZ. cit. loc *lib. II. def.* 23. *n.* 1. *ad* 4. BESOLD discurs. *de nupt. cap. VI. num.* 7. *pag.* 26. et HARPPRECHT *ad rubr. instit. de nupt. num.* 27.

§. CCXXXI.

et possibili, item sub die celebratis.

Quodsi vero *conditio* sponsalibus addita *possibilis* est (§. pr. n. 1.), 1) ea pendente, α) ad consummandum matrimonium ille cogi nequit, in cuius fauorem fuit addita, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 20. *n.* 5. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. I.* §. 36. et STRYK *de dissens. sponsal. sect. IIII. cap. I.* §. 17. β) obligatus tamen est contrahens ad exspectandum conditionis euentum, et neuter inuito altero a sponsalibus recedere potest, BRVCKNER *decis. matrim. cap. I. num.* 24. *seqq.* et *cap. IIII. num.* 17. et 20. CARPZ. cit. loc. *def.* 21. 2) existens retrotrahitur ad tempus contractus, BRVCKNER cit. loc. *cap. III. n.* 8. et *cap. IIII. n.* 18. CARPZ. cit. loc. *def.* 20. *n.* 7. et 21. *n.* 5.

et STRYK cit. loc. §. 27. 3) per copulam vero sponsalia conditionata fiunt pura, *cap. vn.* X. *de sponsal. in 6. cap.* 3, et 5. X. *de condit. appos.* IO. GERHARD. *loc. theolog. de coniug.* §. 132. et STRYK cit. loc. *sect.* II. §. 24. nec non 4) remissa conditione ab eo, in cuius vtilitatem fuit addita, STRYK cit. loc. *sect.* IIII. *cap.* I. §. 26. et 5) deficiente conditione exspirat obligatio sponsalium conditionatorum, BRVCKNER cit. loc. *cap.* XXIIII. *n.* 20. et CARPZ. cit. loc. *lib.* II. *def.* 20. *n.* 8. Quantum ad *sponsalia* 3) *in diem*, vel 4) *ex die celebrata* (§. CCXXV. n. 3. et 4.), si elapso die expresso sponsalia haud consummata sunt; in *illis* exstinguitur obligatio sponsalitia, in *his* vero ad consummandum agi potest, *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib.* II. *tit.* XIII. §. 717.

§. CCXXXII.

De repudio in specie ex causa perfidiae.

Sponsalia ab iis, qui consentire possunt, et consensum legitime declararunt, celebrata si dissoluuntur; adest *repudium*, BOEHMER diss. *de caussis repudii*: cuius *commune fundamentum* est notabilis rerum mutatio inter contracta sponsalia et eorumdem consummationem orta, quia haec, vti aliae promissiones, intelliguntur sub clausula; *rebus sic stanti-*

bus,

bus, cap. 25, X. *de iureiur.* COCCEII *de clausula, rebus sic stantibus;* conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* I. §. 160. et 168. modo sponsalia per copulam nondum consummata sint, BOEHMER cit. loc. §. 159. n. 7. LEYSER *ad pandect. spec.* 259. *med.* 4. Eiusmodi mutatio reperitur, si 1) alteruter *perfidiam* committit, *cap.* 25. X. *de iureiur.* COCCEII *de clausula, rebus sic stantibus,* STRYK *de dissens. sponsal. sect.* II. §. 27. siue sponsus fidem matrimonii violauerit, BRVCKNER *decis. matrim. cap.* I. *praeiudic.* ad *n.* 58. *pag.* 70. et *cap.* XVII. *n.* 62. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 186. non vero si ante sponsalia fornicatus, *id. ib. def.* 188. siue sponsa stuprum passa, CARPZOV. cit. *lib.* II. *def.* 184. ita vt coniecturata probatio sufficiat, *id. ibid. def.* 185. *n.* 8. licet ante sponsalia celebrata stuprum commissum, CARPZ. cit. loc. *def.* 187. et *lib.* IIII. *tit.* V. §. 2. aut violentum sit, *can.* 33. *seq. C.* 27. *q.* 2. BOEHMER c. l. §. 173. nisi volente sponso factum fuerit, BOEHMER cit. loc. §. 172. vel vterque desponsatorum in pari reatu sit, *can.* 6. *C.* 32. *q.* 6. BOEHMER cit. loc. §. 171.; vel alteruter desponsatns fidem alteri in casum mortis dederit, conf. BOEHMER cit. loc. §. 169. seqq.

O 4 §. CCXXXIII.

§. CCXXXIII.

Ob dissensum et inimicitiam capitalem.

Inter caussas repudii quoque refertur 2) *mutuus dissensus declaratus*, *cap.* 2. et 7. X. *de sponsal* et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* I. §. 161. *seq.* LEYSER *ad pandect. spec.* 295. *medit.* I. licet sponsalia pura et publice contracta sint, STRYK *de dissens. sponsal sect.* III. §. 8. *seqq* dissent. DEDEKENN *vol.* III. *lib.* II. *sect.* XIII. *n.* 2. modo consistorii auctoritas adhibeatur, CARPZ. *iurispr. consist. def.* 175. *n.* 11. quod, praeuia caussae cognitione, eos sui officii admonere debet, et omnia tentare, vt sibi inuicem concilientur, *cap.* 17. X. *de sponsal. et matrim.* WESENBEC. *part.* III *cons.* 125. *n.* 13. si vero commotae mentes placari nequeant, haec secessio in patientia toleratur, *cap.* 12. X. eod. STRYK *de dissens. sponsal. sect.* III. §. 36. 3) huc pertinent *inimicitiae capitales*, quarum caussa iusta allegari et probari potest, BOEHMER cit. *lib.* IIII. *tit.* I. §. 163 et hac deficiente, si odium verum et tolli nequit, SPENER diss. *de iure repudii ex implacab. odii caussa*, salua satisfactione alteri praestanda, *cap.* 2. X. *de sponsal. et matrim.* CARPZOV. cit. *lib.* II. *def.* 176.

§. CCXXXIIII.

§. CCXXXIIII.

Porro repudium admittit 4) *superueniens morbus notabilis*, siue ita comparatus, vt consuetudinem coniugalem impediat, *cap.* 25. X. *de iureiur. cap.* 3. X. *de coniug. leprof.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. I.* §. 174. quo pertinet *a*) furor, dementia et grauior melancholica, BOEHMER cit. loc. §. 175. LEYSER *ad pandect. spec.* 295. *med.* 6. CARPZ. *iurispr. consist. lib. II def.* 182. *seq. b*) morbus contagiosus, STRYK *de dissens. spons. sect. II.* §. 41. et 44. BOEHMER cit. loc §. 176. et CARPZ. cit. loc. *def.* 181. 5) *difformitas* occulta et simulata, LEYSER cit. loc. *med.* 10. et 11. nec non superueniens deformatio ex variolis, amissio oculi, nasi, BOEHMER cit. *lib. IIII. tit. V.* §. 3. aut aliud corporis vitium, cit. loc. *n.* 2. et 4. sqq. STRYK cit. loc. §. 42. 6) *insignis bonorum iactura* sponsae aut sponsi huiusque amissio officii, BOEHMER cit. *lib. IIII. tit. I.* §. 177. conf. LEYSER cit. loc. *spec.* 520. per tot.

Ob morbum contagiosum, difformitatem et bonorum iacturam.

§. CCXXXV.

Nec minus inter repudii caussas referendum, si vnus desponsatorum 7) *religionem mutet;* quod intuitu eius, qui accedit ad reprobatam in Germania,

Ob religionis mutationem, crimen et absentiam.

omni dubio caret, *can.* 15. *seqq. C.* 28. *q.* 1. CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 6. *n* 18. et ad approbatas extendit BRVCKNER *decis matrim. cap. I. n.* 67. dissentiente CARPZOVIO cit. loc *def.* 7. et 8. 8) *crimen* commiserit, ex quo famae aut grauioris mali imminet iactura, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. I.* §. 180. licet quoad leuiora delicta indistincte dissent at CARPZ. cit. loc. *def.* 178. et in *responsis lib. V. resp.* 115. Tale delictum repudii caussam exhibens est *a*) sine vllo dubio homicidium, CARPZ. *lib II. def.* 173. *n.* 3. 8. *et* 9. *b*) furtum, etiamsi exiguum, conf. LEYSER *ad pandect. spec.* 52. *med.* 4. dissent. CARPZOV. cit. loc. *def.* 178. *n.* 6. siue a sponsa siue sponso, siue ante siue post sponsalia celebrata commissum, CARPZ. cit. loc. *def.* 178. 9) *absens sit;* vbi in caussam absentiae inquirendum, et processui desertionis locum faciunt DD. Protestantium, STRYK *de dissens. sponsal. sect. VI.* §. 51. CARPZ. cit. loc. *lib. III. def.* 77. et BOEHMER cit. loc. §. 182.

§. CCXXXVI.

Minus genuinae repudii caussae.

In *minus genuinis repudii caussis* numerari debet 1) dissensus vnius sine verosimili caussa, LEYSER *ad pandect. spec.* 295. *med.* 2. STRYK *de dissens. spon-*

sponsal. sect. II. §. 46. 2) dos promissa et nondum soluta, LEYSER cit. loc. *spec.* 293. *med.* 5. et *spec.* 296. *med.* 10. 3) quod promissio post sponsalia celebrata facta adimpleri nequeat, *ib. eod. med.* 8. 4) transactio sine consistorii auctoritate inita ad dissoluenda sponsalia, GRIBNER *de his, quae ex iure protest. matrimoniali ad reliquias sacram. perperam referuntur* §. 11. dissent. LVDOVICI *consist. process. cap. XV.* §. 4. conf. LEYSER cit. loc. *spec.* 47. *med.* 5.

§. CCXXXVII.

Quatenus coactio ad consummationem sponsalium locum habeat?

Si rite celebrata sunt sponsalia, et nulla repudii caussa adest, vel nullus desponsatorum ea vti vult, nihil ad inchoandam societatem matrimonialem deest, quam vt sponsalia consummentur per copulam (§. CLXXXXV. n. 2.); ideoque *vnus alterum cogere potest*, *Ill.* DARIES *iur. nat. sect. III. cap. II.* §. 582. Quem in finem ius ciuile suppeditat *actionem de sponsu*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. I.* §. 145. et victus, vt sententiae condemnatoriae conformiter agat, a consistorio adigitur per incarcerationem, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 133. *n.* 8. et in *defin. forens. part. IIII. constit. XX. def.* 10. et BRVCKNER *decis. matrim. cap.* 1. *n.* 7. *seqq.* aut poena

poena pecuniaria, CARPZ. *iurispr. consist.* cit. *def.* 133. *n.* 10. Si vero hae coactionis remedia effectu carent, ab absoluta coactione abstinent Pontificii, *cap.* 7. X. *de spons. et matrim.* et Protestantes, BOEHMER cit. loc. §. 53. seqq. ita tamen, vt pars refractaria condemnetur α) in expensas, β) ad interesse parti praestandum, γ) in poenam pecuniariam ad pias caussas, BOEHMER cit. §. 53. a poenitentia ecclesiastica vero et caelibatus iniunctione merito abstinendum apud Protestantes, *id. ibid.*

§. CCXXXVIII.

De copula carnali.

Extra casum pertinaciae extremae per *copulam* fieri debet consummatio (§. CLXXXXV. n. 2.). Haec copula alia est, quae ex fine societatis matrimonialis (§. cit.) sequitur, et *carnalis* dicitur: alia, quae lege ecclesiastica introducta est, et *sacerdotalis* appellatur. Haec illam praecedere debet, BAVER diss. *de concubitu ante copulam sacerdotalem*, ita vt ille, qui coitum ante benedictionem sacerdotalem suscepit, 1) ob anticipatum concubitum puniendus, conf. BODINVS diss. *de anticip. concub. th.* 17. 2) ad copulam sacerdotalem cogendus sit, *id.* cit. loc. *th.* 4. licet α) sponsalia secundum leges humanas

manas imperfecta sint, *id. ibid. th.* 5. vel β) diu iam cohabitauerint desponsati, BOEHMER cit. loc. *lib. IIII. tit. III.* §. 47. seq. vel γ) concumbentes sibi inuicem promiserint, quod copulam sacerdotalem omittere velint; quod *matrimonium conscientiae*, Gallis *mariage de conscience*, appellatur, WILLENBERG diss. *de matrim. conscient.* atque ratum dici nequit, quia ratum matrimonium supponit, vt secundum leges ecclesiasticas celebretur, *can.* 1. et 15. *C.* 28. *q.* 1. *cap.* 7. et 8. X. *de diuortiis.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. III.* §. 6.: nisi de infidelium matrimonio sermo sit, quippe qui legibus ecclesiasticis non ligantur, BOEHMER cit. *lib.* IIII. *tit.* XVIII. §. 43. immo ne volentes quidem copula sacerdotali coniunguntur, *id. ib. lib. V. tit. VI.* §. 42. conf. SAHME diss. *de matrim, legit. absque benedict. sacerdot.* §. 7.

§. CCXXXVIIII.

Copulae sacerdotalis definitio et primi characteris explicatio.

Propter hunc ordinem, quem leges desponsatis praescripserunt (§. pr.), quando sponsalia per copulas consummare volunt, *primo* loco copulae sacerdotalis, *deinde* carnalis iura explicabo. Quantum ad copulam seu *benedictionem sacerdotalem*, vulgo *Trauung*; haec

haec est *ritus lege humana introductus, quo a parocho consentientes, quibus nullum obstat impedimentum, solenniter coniungitur.* Haec copula est 1) *ritus lege humana introductus*, *Nou.* 89. et 91. non iure diuino, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* III. §. 40. dissent. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 142. et tamquam *formale matrimonii* α) sub poena nullitatis obseruanda, BRVCKNER *decis. matrim. cap.* II. *n.* 16. BOEHMER cit. loc. §. 45. β) a principe hic ritus abrogari potest, SPENER *consil. theol. germ. vol.* II. *cap.* IIII. *sect.* XII. *pag.* 967. BOEHMER cit. loc. §. 42. et γ) principes, licet legibus humanis soluti, ex variis rationibus hanc benedictionem ipsi haud omittunt, conf. BOEHMER cit. loc. §. 55.

§. CCXXXX.

De secundo benedictionis sacerdotalis charactere.

Ex copulae sacerdotalis definitione (§. pr.) patet, quod 2) *parochus* hunc ritum *suscipere debeat*, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 146. *n.* 2. BOEHMER *iur. paroch. sect.* IIII. *cap.* III. §. 10. ille quidem, cuius parochiani sunt coniungendi eo tempore, quo copulari debent, *id. ibid.* §. 12. ita tamen, vt, si sponsa et sponsus diuersis adstricti sint parochiis, illius parochus vt plurimum praeferri soleat, SCHILTER *instit. iur. can.*

can. lib. II.. *tit.* XI. *§.* 9. BOEHMER cit. loc. §. 11. Si in aliena parochia fuerit adhibita benedictio, nulla quidem haud dicitur, *id. ib.* §. 14. sed parochus et copulati merito puniuntur, *id. ibid.* nisi praecesserit consistorii consensus, CARPZ. cit. *def.* 148. et BOEHMER cit. loc. §. 15.

§. CCXXXXI.

Tertius character, proclamatio nimirum describitur.

Ad benedictionis characteres pertinet 3), quod ille demum sit coniungendus, cui nullum impedimentum obstat (*§.* CCXXXVIIII.). De quo vt certior reddatur coniungens; *proclamatio publica*, vulgo *Aufgeboth*, quae ab effectu *bannum nuptiale* dicitur, adhibenda, BORN diss. *de bannis nuptialibus*, et *B. Parens* diss. *de denunciatione e suggestu cap.* II. §. 10. quae est *citatio peremtoria eorum, qui impedimentum allegare possint, quo minus copula sacerdotalis adhiberi queat*, MENCKE diss. *de omissa proclam sacerdot. th.* 1. inter eiusd. dissert. *n.* XXV. Quae citatio si omittitur, benedictio sacerdotalis, hoc casu *clandestina* appellari solita, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* XVII. §. 42. haud redditur nulla, BORN cit. diss. §. 22. MENCKE cit. loc. *th.* 18. et BOEHMER *iur. paroch. sect.* IIII. *cap.* III.

§. 31. et 32. *n.* 2. nisi superior restringat, CARPZ. cit. loc. *def.* 140. MENCKE cit. loc. *th.* 13. et BORN cit. loc. §. 16. quod improbat STRYK ad BRUNNEM. *ius eccl. lib. II. cap. XVI.* §. 6.

§. CCXXXIII.

Si impedimenta ante benedictionem allegantur.

Finis proclamationis, vi definitionis, in eo consistit, vt manifestentur impedimenta (§. CCXXXXI.), si quae adsint, cur proclamati coniungi nequeant. Quaenam vero inter impedimenta referri possint, ex dictis (§. CLXXXXVII. ad §. CCXVIII.) patet. Si vnum alterumue ex his impedimentis *ante copulam sacerdotalem* in medium profertur; tunc 1) alleganti probatio iniungitur, licet leuior sit, *cap.* 12. et 27. X. *de desponſ. cap.* 2. X. *de consangu. et affin.* BERLICH. *part.* 1. *concl. XXXI I.* 1. 65. HORN. diss. *de prob. plena per vnum testem cap. III. n.* 12. 2) copula interim denegatur, donec de veritate impedimenti satis cognitum sit, BORN diss. *de bannis nupt.* §. 20. et 3) saepe prohibetur consummatio sub poena, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. XVI.* §. 5. quid? quod 4) si violatio inhibitionis metuenda sit, sequestratio virginis decernitur, *cap.* 10. *X. de sent. et re iudicata*, GAIL. *lib. I. obs.* 112. *n.* 15.

 le-

seq. Cocceius *de sequestrat. femin. cap. II.* §. 7. Quodsi 5) copula ante decisionem litis suscepta est; puniuntur coniuncti, BOEHMER cit. loc. §. 9. non vero 6) matrimonium dirimitur, si impedimentum est iuris humani, SCHOEPFFER diss. *de dispens. matrim. th.* 11. seqq.

§. CCXXXIIII.

Si post benedictionem.

Si vero impedimenta *post copulam sacerdotalem* demum allegantur; vbi *α*) interesse priuati respiciunt, seu *priuata* sunt; contradictor nullam consequitur satisfactionem, BERLICH. *part. I. dec.* 74. Ziegler ad LANCELOTT. *lib. II. tit. XV.* §. 1. Sed magistratus violantem leges punit, CARPZ. *defin. forens. part. IIII. const. XX. defin.* 5. seq. Si *β*) *publicum* est impedimentum, hoc etiam post copulam attenditur, BEOHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. III.* §. 35. et *tit. XVIII.* §. 4.

§. CCXXXV.

Reliqui benedictionis sacerdotalis characteres.

Progredior in explicandis copulae sacerdotalis characteribus, quibus accensendus 4) *consensus matrimonialis*, tempore benedictionis declarandus, praeter consensum in sponsalibus interpositum, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII.*

IIII. tit. III. §. 27. in fin. et §. 28. WILDVOGEL. diss. *de different. matrim. et sponsal. consensus*; et ς) *solenniter* benedictio fieri debet (§. CCXXXVIIII.). Spectandus enim est α) *locus*, vbi suscipitur benedictio, qui est ecclesiasterium, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 143. nisi dispensatio accedat, *id. ibid.* §. 144. seq. vel casus necessitatis coniunctionem in ipso consistorio instituendam suadeat, *ibid. def.* 146. ϐ) *tempus*: propter comissationes enim et reliqua solennia diebus profanis instituenda est, non dominicis aut festis, *id. ibid def.* 154. multo minus tempore sanctioribus meditationibus destinato, veluti a dominica prima aduentus domini, vsque ad festum natiuitatis et ieiunium quadragesimale, *can.* 8. seqq. *c.* 33. *qu.* 4. *can.* 16. *D.* 5. *de consecrat.* CARPZ cit. loc. *def.* 151. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. XVI.* §. 3. MÜLLER diss. *de benedict. sacerdot.* nisi dispensatio obtineatur, CARPZ. cit. loc. *def.* 152. 153. et 155. γ) *liturgiae nuptiales* obseruandae, BOEHMER cit. *lib.* IIII. *tit.* III. §. 27. et benedictionis actu ad finem perducto *conuiuium nuptiale* celebrari solet, MÜLLER diss. *de sumtibus conuiuii nuptialis*.

§. CCXXXXVI.

copulae carnalis definitio et iura.

Copulae sacerdotalis iura excipiunt ea, quae circa *carnalem* statuta sunt (§. CCXXXVIIII.) Hanc definiendam esse nullus dubito per *conscensionem thalami ab iis factam, qui potentia coeundi gaudent.* Hac potentia deficiente, ipsum matrimonium est nullum, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. XV.* §. 2. et 16. siue *a*) *impotentia* sit *naturalis,* qualis adest, si masculus v. c. hermaphroditus, eunuchus, frigidus; et si femina v. c. nimis arcta, contagiosa sit, *tot. tit. X. de frigidis, Ill.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. VIII. membr. I.* §. 116.; siue *artificiosa, id. ibid.* §. 115. lit. *a.* conf. SIMON *de impot. coniugal. cap. I. thes.* 1. n. 6. ad 9. et *cap. VI. thes.* 4. BOEHMER cit. loc. §. 36. siue β) *impotentia* sit *absoluta,* siue *respectiua, c.* 4. et 5. X. *de frigid.* Ill. Dn. ENGAV cit. §. 115. lit. *b.*

§. CCXXXXVII.

Impotentia probanda.

Vt vero *impotentia coeundi nullam reddere possit consummationem matrimonii,* requiritur, vt 1) impotentia ab allegante *probetur,* licet vtriusque coniugis confessio adsit, *can.* 2. *C.* 33. *q.* 1. *cap.* 1. 5. et 6. *X. de frigidis,* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. XV.* §. 21.

21. quae *probatio* instituitur per ocularem inspectionem partium verendarum, eius, de cuius impotentia quaestio oritur, *cap.* 6. et 7. *X. eod.* BOEHMER cit. loc. qui si masculus, adhibentur medici et chirurgi, si femina, obstetrices fide dignae, *cap.* 4. et 14. *X. de probat. cap.* 6. et 7. X. *de frigid. Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. XI. membr. I.* §. 198. LINCK diss. *de iusto iudicio cap. III. n.* 14. conf. BOEHMER cit. loc. §. 27. Hi testes *vel* de indubia impotentia testantur, quod reddit coniunctionem nullam, praeuio iuramento, quod coire nequeant, *Ill. Dn.* ENGAV cit. loc. *vel* de dubia. Quo in casu per triennium a tempore contracti matrimonii computandum cohabitare debent coniuges, *cap.* 5. *X. de frigid.* BOEHMER cit. loc. §. 30. et peracto triennali experimento ille, qui fatetur impotentiam: cum septima manu, siue cum septem coniurationibus vicinis et bonae famae de credulitate iurant, *can.* 1. et 2. *C.* 33. *q.* 1. *cap.* 5. *X. de frigid.* De cuius vsu apud Protestantes testatur BOEHMER cit. loc. §. 34. sq.

§. CCXXXXVIII.

Reliqua impotentiae requisita.

Vlterius ad impotentiam coeundi, si consummationem sponsaliorum nullam reddere debeat, requiritur, vt im-

vt nullam reddat consummationem sponsalium.

potentia 2) *sine periculo corporis haud possit remoueri, cap.* 3. et *6. X. de frigidis,* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* IIII. *tit.* XV. §. 38. 3) *ipsam consummationem praecesserit,* seu antecedens impotentia sit, *can.* 25. *C.* 31. *q.* 7. et *cap.* 1. *X. de coniug. lepros. Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. *tit.* VIII. *membr.* 1. §. 116. *lit. c.* et BOEHMER cit. loc. §. 42. 4) *potens eam ignorauerit ante nuptiarum celebrationem, Ill. Dn.* ENGAV c. l. §. 116.* 5) *vt potens nolit retinere impotentem, c.* 5. *X. de frigid.* laud. Dn. ENGAV cit. l. §. 116. *lit. a.* et 6) *vt perpetua sit, cap.* 3. *X. ibid.* cit. Dn. ENGAV §. 198. Denique notandum, quod matrimonium ex caussa impotentiae rescissum apud Protestantes haud facile redintegrari debeat inuito vno alteroue separato, licet caussa impotentiae remoueatur, vel falsa reperiatur, BOEHMER cit. loc. §. 40. et 41.

MEDITATIO II.

DE

EO, QVOD IVSTVM ET INIVSTVM CIRCA CONSTITVTAM SOCIETATEM MATRIMONIALEM.

§. CCXXXXVIIII.

Effectus matrimonii

Hactenus de eo, quod iustum et iniu-

iniustum est circa constituendam societatem matrimonialem: sequuntur II) *iura constituti matrimonii* (§. CLXXXXIIII. n. 2.). Haec ad *duas classes* commode referri poterunt; nimirum vt de iuribus constituti matrimonii 1) *vtrique coniugi communibus*, et 2) *vnicuique propriis* differatur. Quantum I) ad *iura vtrique coniugi communia*; ea *ex finibus matrimonii*, quos huius definitio (§. CLXXXXV.) exhibet, ad vnum omnia deduci possunt. Exinde enim patet, 1) quod alter coniux ab altero debitum coniugale exigere possit, *can.* 3. *C.* 30. *q.* 1. et *can.* 18. *C.* 33. *q.* 5. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. XVIIII.* §. 32. seq. conf. BRVCKNER *dec. s. matrim. cap. XIII. n.* 65. nisi probetur, quod ex hac praestatione metuendum sit damnum irreparabile, vel α) ratione conscientiae, vel β) corporis, conf. BRVCKNER cit. loc. *cap. XXIII. n.* 46. et ZIEGLER ad LANCEL. *lib. II tit. X.* §. 25. in fin. non obstante *cap.* 2. *X. de coniug. lepros.* vel γ) iurium, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. VIII. membr.* 6. §. 161. BOEHMER cit. l. §. 32.| IO. FRID. TENZEL diss. *de carnis vnitate*, et BECK diss. *de coniugalis debiti praestatione.* 2) Quod educare debeant liberos parentes vtrique, LYNCKER diss. *de potest. matris;*

vtrique coniugi communes.

et 3) sibi inuicem adiutorium praestare, BRVCKNER cit loc. *cap. XI. n.* 34. et *cap. XII. n.* 5. ita, vt omnes casus fortuitos, durante matrimonio euenientes, ferre debeant, conf. CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 180. et 203. *n.* 12.

§. CCL.

De iuribus mariti.

Progredior II) ad *iura singulis coniugibus propria* (§. pr. n. 2.): vbi α) *de iuribus mariti*, deinde β) *de iuribus vxoris* sermo erit. Ad *iura* 1) *mariti* pertinet a) *potestas maritalis*, quae est *facultas dirigendi vxorem in commodum societatis matrimonialis*, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. VIII. membr. VI.* §. 160. *lit. a.* LVDOVICI diss. *de iure et iurispr. domest. cap. II.* §. 14. seqq. conf. STRYK diss. *de operis vxorum, cap. I.* per tot. ROMANVS diss. *de iudicio morum inter coniuges et desponsatos.* Exigit ideo b) maritus ab vxore *obsequium et reuerentiam*, IACOBI diss. *de fide vxoris erga maritum*, et c) vt *sequatur*, *si domicilium de loco in locum transfert maritus*, *Ill. Dn.* ENGAV cit. §. 160 ** *etiamsi maritus relegatus sit.* RICHTER *decis. VIIII.* neque non d) *operas oeconomicas*, LYNCKER diss. *de adquisit. coniugali*, conf. WERNHER *part. V. obs.* 23. STRYK cit. diss. *cap. II.* ad *III.*

§. CCLI.

§. CCLI.

quod ad dotem

Ad iura mariti porro pertinet e) quod *in dote, seu rebus ab vxore illatis ad ferenda matrimonii onera*, quae vulgo dicuntur: *Braut-Schatz, Mitgift, Heyraths-Guth, Ehesteuer, Ehegeld, habeat exercitium dominii*, sunt verba STRYKII in dissert. *de iure mariti in bonis vxoris, cap. II.* §. 36. vxori vero ius dominii dotis saluum manet, *l.* 3. §. 5. *ff. de minor. l. vn.* §. 14. *de rei vxor. act. l.* 16. *ff. de religiosf. l.* 14. *pr. ff. ad l. Falcid.* et *alii textus* cit. ap. STRYKIVM cit loc. §. 35. in fin. CARPZ. *defin. forens. part. II. constit. XXXXII. def.* 19. *n.* 1. ita tamen, vt vxori tacita hypotheca eius dotis intuitu concessa, *Perill.* DE SENCKENBERG diss. *de iure et priuil. dotis illatorumque*, et GEORG. ADAM STRVV. diss. *de natura priuilegiisque dotium.*

§. CCLII.

et reliqua vxoris bona,

Iuribus mariti quoque accensendum est, f) quod *in bonis, quae ad vxorem praeter dotem pertinent, habeat vsumfructum et facultatem administrandi*, si extra Saxoniam maritus haec iura sibi stipulauit, *l.* 8. *C. de pact. conuent.* BARTH diss. *de marito vsufructuario Saxonico prooem.* et *cap. I.* §. 6. in Saxonia vero omnium, quorum administrationem

P 5 vxor

vxor sibi haud reseruauit, CARPZ. *defin. for. part. III. const. 29. def.* 33. *n.* 5. et 6. STRYK diss. *de iure mariti in bonis vxoris cap. III.* §. 24. seqq. et *cap. IIII.* per tot. BARTH cit. loc. conf. STIEGLIZ diss. *de eo, quod mariti in praeiud. vxor. facere possunt.*

§. CCLIII.

nec non successionem in bona vxoris.

Denique g) *maritus succedit in bona vxoris*, post huius mortem. Hic 1) respicienda sunt pacta dotalia, KNORR diss. *de differentiis iuris Marchici et Magdeburgici in successione coniugum* §. 12. 2) vbi quod ad successionem introducta est inter coniuges bonorum communio, quod multis in locis factum, quae recenset STRYK cit. loc. §. 7. et KNORR cit. loc. §. 10. coniux superstes consequitur dimidiam partem bonorum communium, alteram vero defuncti coniugis heredes, STRYK cit. loc. §. 8. seqq. 3) in locis, vbi communio non viget, extra Saxoniam successio coniugis valde differt, pro ratione diuitiarum superstitis et defuncti, nec non heredum, quos coniux defunctus reliquit, BVTTNER diss. *de collatione iuris ciuilis Romani cum statutar. Francofurtens. circa successionem coniugum*, KNORR cit. loc. §. 6. STRYK tract. *de success. ab intest. diss. IIII. cap. I.* §. 6:

§. 6. seqq. WERNHER *part. II. obs.* 485. et LEYSER *medit. ad pandect. spec.* 424. *med.* 1. seqq. et 4) in Saxonia, mobilia, *Land-Recht lib. I. art.* 3. et *lib. III. art.* 76. CARPZ. *defin. forens. part. III. const.* XXIII. *def.* 34. *n.* 2. nisi iure prouinciali vel statutario aliud stabilitum, de quibus SCHACHER diss. *de portione statutaria, cap.* I. *n.* 19. ad fin. SCHROETER diss. *de success. coniug. sec. statuta Gothana.*

§. CCLIIII.

De iuribus vxoris

Matrimonium 2) *intuitu vxoris suos* quoque *producit effectus* (§. CCL. lit. β.). Ad hos referri debet ius a marito exigendi a) alimenta et curam, si aegrotat, *l.* 13. *C. de negot. gestis*, STRVV. *synt. iuris ciuilis exerc.* 26. *th.* 14. et CARPZ. *defin. forens. part.* I. *const.* 28. *def.* 152. et *part.* III. *const.* 26. *def.* 5. licet maritum ad tempus deseruerit, BERGER *elect. proc. matrim.* §. 52. vel bona sua dilapidauerit, LEYSER *meditat. ad pandect. spec.* 301. *med.* 1. b) defensionem contra laesiones, *l.* 2. *ff. de iniur.* KOENIGK diss. *de offic. mariti erga suam vxorem, cap.* III. §. 20. seq. c) mariti nomen et dignitatem, *l.* 8. *ff. de senat. l.* 10. *C. de ritu nupt.* d) eiusdem forum, *l.* 65. *ff. de iudic.* et e) domicilium *l.* 5. *ff. de ritu nupt. l. vlt. ff. ad municip.* neque

quae non f) parochiam mariti, BOEHMER *iur. paroch. sect.* III. *cap.* II. §. 27. seq. nisi sit diuersae religionis, *id. ibid.* §. 27. Denique g), quod ad successionem in bona mariti, eadem iura locum habent, quae (§. praeced.) delineauimus de successione mariti: nisi quod portio statutaria vxori assignata sit alia, ac ea est, quam maritus consequitur, SCHROETER diss. *de successione coniugum iuxta statuta Gothana.*

MEDITATIO III.

DE

EO, QVOD IVSTVM ET INIVSTVM EST CIRCA DISSOLVENDAM SOCIETATEM MATRIMONIALEM.

§. CCLV.

Modi dissoluendi matrimonium recensentur.

Effectus matrimonii cessant, si eorum caussa nimirum ipsum matrimonium exstinguitur. Ex quo ducimur III) *ad iura circa dissoluendum matrimonium introducta* (§. CLXXXXIIII. n. 3.). *Dissoluitur* vero *societas matrimonialis vel* morte vnius socii, quum superstes socius solus societatem continuare nequeat, *vel* vtroque socio viuente. *Actus, quo viuente vtroque coniuge matrimonium dissoluitur*, a iuris naturalis DD. *diuor-*

diuortium appellatur, *ill.* DARIES *iuris nat. ſect.* III. *cap.* II. §. 586. et per leges poſitiuas, ratione cauſſae et modi, magis determinatum eſt, ita, vt vi huius iuris deſcribi merito debeat diuortium per *diſſolutionem coniugum viuentium, ob vnius malitiam vnitati carnis repugnantem, iudicis auctoritate ſuſceptam.* Vt ordine procedam, 1) *de diſſolutione ob mortem vnius coniugis*, et 2) *de ea, quae per diuortium ſuſcipitur*, loquar.

§. CCLVI.

Effectus diſſoluti matrimonii per mortem coniugis.

Quod attinet 1) ad *matrimonii diſſolutionem ex morte vnius coniugis ortam* (§. pr. n. 1.). *Effectus* matrimonii hoc modo ceſſantis eſt, vt ſuperſtiti liceat ad ſecunda tranſire vota; modo *a*) mortem coniugis probare poſſit, LEYSER diſſ. *de morte abſent. probanda*, ſiue per duos teſtes, CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib.* II. *def.* 167. *n.* 1. niſi in periculo fuerit conſtitutus ille; de cuius morte quaeſtio mota; hoc enim caſu vnicus teſtis admittitur, *id ibid. n.* 2. ſeqq. RICHTER *deciſ. 66.* §. 15. *n.* 5. HORN diſſ. *de probat. plena per vnum teſtem*, ſiue per libros eccleſiaſticos, aut publicum eius magiſtratus teſtimonium, CARPZ. cit. loc. *def.* 168. *n.* 2. ſeqq. nec non eius ducis militaris, cuius iurisdictioni tempore

pore mortis subiectus erat defunctus, LEYSER *ad pandect. spec.* 95. *med.* 18. siue per iuramentum superstitis, si aliis praesumtionibus probabilis fiat coniugis obitus, CARPZ. cit. loc. *def.* 169. *n.* 3. non vero sola fama, RICHTER cit. loc. et CARPZ. cit. *def.* 168. *n.* 1. seqq. conf. LEYSER diss. *de morte absentis probanda.* β) Tempus luctus elapsum fuerit, quod multis in locis ex parte mariti, ad semestre, KOENIGK diss. *de officio mariti erga suam vxorem, cap.* III. §. 24. ex parte vxoris maritum elugentis ad annum, BRVCKNER *decis. matrimon. cap.* I. *n.* 47. seq. restrictum. GEORG BEYER diss. *de concubitu intra tempus luctus.*

§. CCLVII.

Priores diuortii characteres explicantur.

Accedo 2) *ad diuortium* (§. CCLV. n. 2.): Hoc supponit, vi definitionis (§. cit.), a) *coniuges*, quo charactere diuortium α) a repudio, quo sponsalia, non vero matrimonium, dissoluuntur (§. CCXXXII. sqq.), HVBER *de iur. ciuit. lib.* II. *cap.* I. §. 9. et β) a nullitate satis distinguitur, quum in hac celebratio omni effectu careat, HVBER cit. loc. §. 12. b) *coniuges viuentes vtrosque:* nam alterutro defuncto per se dissolutum est matrimonium (§. pr.), et nullo eget diuortio,

uortio, KAYSER diss. *de iure princip. euangel. circa diuortia*, *cap.* I. §. 1. c) *iustam caussam*, quae mihi est *malitia vnitati carnis repugnans*, TENZEL diss. *de vnitate carnis; inter marem et feminam*: siue, vt alii loquuntur, nulla datur caussa diuortii, *praeter eam, quae rationem habet scortationis*, seu παρεκτὸς λόγου πορνείας, *Matth. V.* 32. conf. *S. V.* A MOSHEIM comment. *de diuortio* §. 10. quod diuortii fundamentum praeferendum videtur reliquis, quae suppeditantur a DD. v. c. quod diuortium locum non habeat, nisi ex indulgentia, BRVCKNER *decis. matrim. cap.* XVIII. *n.* 5. in casu necessitatis extremae, *ibid. cap.* XIII. *n.* 26. et *cap.* XVI. *n.* 30. per dispensationem ad euitanda mala maiora, *id. ibid. cap.* XVII. *n.* 18. et *cap.* XXIII. *n.* 36. propter malitiam hominum, *ibid. cap.* XVI. *n.* 20.

§. CCLVIII.

Quod adulterium et desertio sint caussa diuortii probatur

Rationem scortationis habet, adeoque inter iustas diuortii caussas referri debet l) *qualecumque adulterium*, HVBER *de iure ciuit. lib.* II. *cap.* I. §. 10. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 189. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* XVII. §. 16. seqq. quod comprehendit qualemcumque coniugis illicitam coniun-

ctio-

ctionem, KAYSER diss. *de iure princip. euangelic. circa diuortia*, *cap.* III. §. 16. quippe quae *α)* est ipsa coniugis scortatio; β) a Christo pro caussa diuortii expresse agnita, *Matth.* V, 32. nec non γ) violationem societatis matrimonialis sine dubio inducit, *S. R.* A MOSHEIM comment. *de diuortio*, §. 10. *n.* 2. II) *malitiosa desertio*, seu factum coniugis dolosum, quod societatis coniugalis continuationem impossibilem reddit. In hac enim ratio scortationis locum inuenit, quum vnus societatem continuare nequeat, *id. ibid. n.* 1. atque adeo vnitas carnis tollatur: quid? quod ab ipso Paullo tamquam ratio diuortii exhibeatur 1 *Cor.* VII, 15.

§. CCLVIIII.

Omne adulterium praebet caussam diuortii,

Quum I) qualiscumque coniugis illicita coniunctio caussam diuortii praebeat (§. pr. n. I.); sequitur, vt inter *caussas diuortii* referri debeat 1) simplex et qualificatum adulterium, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib.* II. *tit.* VIIII. *membr.* II. §. 212. *) BRVCKNER *decis. matrim. cap.* XVII. §. 58. KAYSER diss. *de iure princip. euangel. circa diuortia cap.* III. §. 16. 2) Coniunctio sodomitica, BRVCKNER cit. *cap.* XVII. *n.* 24. seq. CARPZ. *defin. forens. part.* IIII. *const.* II.

II. def. 4. cit. loc. *n.* 25. 3) verum adulterium, seu tale, vbi de immissione feminis constat, *S. R.* A MOSHEIM *de diuortio* §. 12. *n.* 1. BOEHMER *iur. eccles. protest lib. IIII. tit. XVIIII.* §. 27. *num.* 1. ita vt hoc casa contra absentem adulterantem diuortium decerni possit sine edictali citatione, LEYSER *ad pandect. spec.* 577. *medit.* 12. et STRYK differt. *de desert. coniug. malit. n.* 40. CARPZOV. *iurispr. consist. lib. III. def.* 69. *num.* 2. et BRVCKNER *decis. matrimon. cap. XVIII.* n. 36. atque 4) praesumtum, seu ex argumentis vrgentissimis deducta praesumtio de commisso adulterio, cf. BOEHMER cit. §. 27. *n.* 2. et §. 29. CARPZ. cit. loc. *lib. II. def.* 185. STRYK *vsu moderno digest. lib. XXVIIII. tit. II.* §. 53.

§. CCLX.

quod limitatur.

Coniunctio vero, *quam coniux cum aliena persona suscepit, caussam diuortii non exhibet*, 1) si vxor vim passa, 2) cum persona concubuerit, quam coniugem esse putat; 3) si vterque adulterium commiserit; 4) si adulterium remissum sit, siue expresse, siue facto concludente, coitu nimirum instituto post adeptam notitiam de commisso adulterio: 5) si coniux caussam adulterii ab altero coniuge commissi praebuerit,

KAYSER diss. *de iure princip. euang. circa commissa adult. cap. III.* §. 16. in fin. BRVCKNER *decis. matrim. cap. XVII. n.* 40. et 44.

§. CCLXI.

Malitiosa desertio in specie talis est caussa diuortii,

Sequitur II) *malitiosa desertio* (§. CCLVIII. n. 2.). Eiusmodi facta coniugis dolosa, quae impossibilem reddunt continuationem societatis matrimonialis, sunt: *si coniux* 1) *aufugit*, seu *malitiosa desertio in specie talis*, 1 *Corinth.* VII, 15. conf. *S. R.* A MOSHEIM *de diuortio* §. 11. seq. et STRYK diss. *de desertione coniugum malitiosa*; siue haec fuga suscipiatur α) ex metu poenae ob delictum commissum, BRVCKNER *decis. matrim. cap. XVIII. n.* 17. β) siue quod coniux aliam religionem amplexus est, *cap.* 7. et 8. *X. de diuortiis*, BRVCKNER cit. loc. *n.* 13. et BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. IIII. tit. XVIIII.* §. 30. γ) siue ob vxoris relegationom delicti infamantis caussa, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 177. BRVCKNER cit. loc. *cap. XVI. n.* 2. seqq. vxor autem maritum relegatum sequi debet, CARPZ. cit. loc. *def.* 203. NICOLAI *de diuort. cap. IIII. n.* 13. seq. KOENIGK diss. *de offic. mariti erga suam vxorem*, *cap. III.* §. 10. BOEHMER cit. loc. §. 36. sqq.

§. CCLXII.

§. CCLXII.

limitatur

Vt vero *malitiosa desertio diuortii effectum producat*, opus est 1) vt absentia coniugis legitime probetur, *cap.* 19. *X. de sponsal.* STRYK *de dissens. sponsal. sect. VI.* §. 9. seqq. et 2) absens, praemissis tribus edictalibus citationibus, non compareat, KAYSER *diss. de iure princip. euang. circa diuortia cap. III.* §. 17. Si enim deserens, antequam sententia super desertione lata et vim rei iudicatae nacta est, redux factus; a deserto recipiendus est, KOENIGK diss. *de officio mariti erga suam vxorem*, *cap. III.* §. 12. Tempus vero exspectationis in iure non determinatum est, conf. KOENIGK cit. loc. §. 11. et post sex menses iam mitti solent edictales, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 170. *n.* 12. et FINCKELTHAVS *obseru. III. n.* 15.

§. CCLXIII.

Quatenus debiti coniugalis denegatio sit caussa diuortii.

Nec minus dolosum coniugis factum, quod impossibilem reddit continuationem societatis coniugalis, est 2) *praefracta debiti coniugalis denegatio*, ideoque diuortii caussam praebet, *S. R.* A MOSHEIM *de diuortio* §. 11. *n.* 2. b. BVDDEVS *theol. moral. part. II. lib. III. sect. VI.* §. 19. KOENIGK diss. *de offic.*

mariti erga suam vxorem cap. III. §. 18. et BRVCKNER *decis. matrim cap. XVIII. n.* 18. Vt vero praefracta dici queat, requiritur, α) vt denegatio iusta caussa careat, et β) detrectans mediis coactiuis ad debiti praestationem adigi nequeat, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. IIII. tit. XVIIII.* §. 32.

§. CCLXIIII.

De peruerso concumbendi modo et insidiis vitae ac virilitati structis.

Factum dolosum, quod impossibilem reddit continuationem societatis coniugalis, adest, *si coniux* 3) *concubitum non alio, quam illicito modo exercere vult, S. R.* A MOSHEIM *de diuortio* §. 11. *n.* 3. cf. BOEHMER *iur. eccl. prot. l. IIII. t. XVIIII.* §. 33. STRYK *ad* BRVNN. *ius eccles. lib. II. cap. XVII.* §. 7. et BRVCKNER *decis. matrim. cap. XXIIII.* per tot. 4) coniugis vitae et virilitati insidias struit, *can.* 6. *C.* 31. *q.* 1. BRVCKNER cit. loc. *cap. XVIII. n.* 20. *S. R.* A MOSHEIM cit. loc. §. 13. *n.* 4. conf. BOEHMER cit. loc. §. 31. dissent. GERHARD *in loc. theolog. de coniug.* §. 683. et CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 217. *n.* 2. et NICOLAI *de diuortio cap. V. num.* 30. seq. conf. STRYK diss. *de diuortio ob insidias vitae structas:* denique *si* 5) *coniux arte se sterilem facit*, siue impedit, quo minus sobolem procreare aut ne debitum qui-

quidem coniugale praestare possit, S. R. A MOSHEIM *de diuortio* §. 13. *num.* 5. BRVCKNER *dec. matrim. c. XVI. n.* 6. sq.

§. CCLXV.

Minus genuinae diuortii caussae.

Propter deficiens diuortii fundamentum (§. CCLVII.) ad matrimonii dissolutionis caussas referri nequit 1) *animorum disparitas*, siue orta α) ex impietate aduersus deum, siue β) ex odio et inimicitia irreconciliabili, siue γ) ex saeuitiis, siue δ) ex moribus coniugis intolerabilibus, conf. BOEHMER *iur. eccles. protestant. lib. IIII. tit. XVIIII.* §. 42. dissent. KAYSER diss. *de iure principum euangelicor. circa diuortia cap. III.* §. 21. seqq. In praxi ob eiusmodi disparitatem *separatio quoad torum et mensam* ad aliquot annos suscipitur, quibus finitis ad consortii continuationem compelluntur, nisi alia ratio diuortii accesserit, BOEHMER cit. loc. et BRVCKNER *decision. matrimon. cap. XVIII. num.* 19. LEYSER *ad pandect. specim.* 316. *med. I.* seq. Multo minus 2) *mutuus coniugum dissensus*, S. R. A MOSHEIM *de diuortio* §. 10. Qui vero ne per indirectum fiat dissoluendi matrimonii caussa; haud admittitur α) delatio iuramenti contra matrimonium, STRYK dissert. *de delat. iuram. in matrim.* CARPZ. *definit. forens.*

renf. part. I. constitution. XII. definit. 30. GAIL. *lib. II. obs.* 94. *n.* 13. et MEVIVS *part. V. dec.* 210. *n.* 3. nec β) transactio ad dissoluendum matrimonium directa. *cap. vlt. X. de transact.* GAIL. cit. *obs.* 94. *n.* 14. et MEVIVS c. l. *n.* 4. nec γ) compromissum, *c.* 9. in f. *X. de in integrum restitut.* CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 233. *n.* 4. et MEVIVS cit. loc. *n.* 5.

§. CCLXVI.

Continuatio.

Quia coniuges omnes casus fortuitos durante matrimonio euenientes sustinere debent (§. CCXXXXVIIII. n. 3.); sequitur, vt inter diuortii caussas referri nequeat 3) *furor incurabilis*, 4) *impotentia*, 5) *morbus contagiosus*, ei immedicabilis superueniens, LVTHERVS in libello *vom ehelichen Leben part. II.* in fin. *tom. II. Altenb. pag.* 215. *a.* GERHARD in *locis theolog. de coniug.* §. 685. DEDECKENN *consil. vol. II. lib. IIII. sect. X. n.* 3. seqq. et *sect. XIII. n.* 1. dissent. BRVCKNER *decis. matrim. cap. XVI. n.* 8. seq. et *cap. XXIII.* per tot. LEYSER *ad pandect. spec.* 315. *med.* 2. 3. 4. et 10. BOEHMER *iur. eccles. protest. lib.* IIII. *tit.* VIII. §. 5. et KAYSER differt. *de iure princip. euangel. circa diuortia cap.* III. §. 27. seq. qui sententiam, quam fouent, stabilire possunt quibusdam constitutionibus

nibus eccleſiaſticis et praxi quorumdam locorum.

§. CCLXVII.

Diuortia requirunt iudicis auctoritatem.

Tertium diuortii characterem, puta iuſtitiam cauſſae, de qua hactenus mentio facta, excipit vltimus. Diuortium enim vi definitionis (§. CCLV.) d) *iudicis auctoritatem* requirit *cap.* 3. *X. de diuort.* et *cap.* 13. *X. qui filii ſunt legitimi*, BRVCKNER *deciſ. matrimon. cap. XVI. num.* 26. et ibi cit. BOEHMER *iur. eccleſ. proteſt. lib.* IIII. *tit.* XVIIII. §. 44. Principes vero in cauſſis diuortii iis iudicibus non ſubſunt, quibus demandarunt cognitionem cauſſarum matrimonialium, ſubditorum intuitu, BOEHMER cit. loc. *lib.* II. *tit.* II. §. 17. nec imperii tribunalibus aut auſtraegis, STRYK diſſ. *de foro auſtraegar.* §. 33. et REINKING *de regim. ſaecul. et eccleſ. lib.* III. *claſſ.* I. *cap.* 10. *n.* 38. ſeqq. Sed re vera in his cauſſis nullum agnoſcunt iudicem, LINK *de immed. imper. proteſt. for. in cauſſ. matrimon.* COCCEII in *prudent. iur. publ. cap.* XXXII. §. 8. iudicium autem extraordinarium conſtituere poſſunt, BOEHMER cit. loc. §. 18.

§. CCLXVIII.

Effectus.

Effectus diuortii in eo conſiſtunt, quod

diuortii recensentur. quod 1) innocens coniux secundas nuptias celebrare possit, CARPZ. *iurisprud. consist. lib. II. defin.* 190. ita vt ne solennitates quidem denegari queant, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. IIII. tit. XVIIII.* §. 46. quae etiam requiruntur, si cum repudiata persona matrimonium celebratur, BOEHMER cit. loc. §. 47. *lit. d.* quod *instauratum* dicitur, *Ill. Dn.* ENGAV *element. iur. eccl. lib. II. tit. XII.* per tot. HERTIVS *de matrimonio instaurato*: 2) nocenti caelibatus imponatur *can.* 17. et 19. *C.* 32. *q.* 7. *cap.* 12. in fin. *X. de praesumt.* BOEHMER cit. loc. §. 45. CARPZ. cit. loc. *def.* 191. MEVIUS *part. VI. dec.* 359. LVDOVICI diss. *de caelibatu poenae nomine imposito*; quod tamen praxi primitiuae ecclesiae repugnat, BRVCKNER *decis. matrimon. cap. XXVI. n.* 14. et hodie ipsi nocenti ad euitanda mala maiora facile conceditur facultas celebrandi matrimonium (§. CCXV. in fin.), KAYSER differt. *de iure princip. euangel. circa diuortia, cap. III.* §. 30. in fin. et WERNHER diss. *de potest. princip. desert. malit. nouas nupt. conced.*

§. CCLXVIIII.

Continuatio Inter *diuortii* effectus vlterius referri debet, quod 3) liberi, qui ex matrimonio diremto supersunt, apud inno-

nocentem alendi sint sumtibus patris, *nou.* 117. *cap.* 7. CARPZOV. *decis. Saxonic. part. III. decis.* 291. *n.* 20. seqq. BOEHMER *iur. eccles. protestant. lib. IIII. tit. XVIIII.* §. 48. 4) donatio propter nuptias amittatur, si maritus est caussa diuortii, NICOLAI *de diuortio part. II. cap. II. num.* 68. seqq. LYNCKER *centur. IIII. decis.* 328. BERLICH. *part. IIII. conclus.* 29. *num.* 25. BOEHMER cit. *lib. IIII. tit. XX.* §. 30. Si vero 5) diuortii caussam dederit vxor, tunc haec amittit *α*) dotem, BOEHMER cit. loc. §. 32. *num.* 1. LEYSER *ad pandect. specim.* 314. *meditat.* 7. *β*) successionem statutariam, *ibid. eod.* §. 21. *n.* 1. *γ*) dotalitium *cap.* 4. *X. de donat. inter virum et vxorem*, BOEHMER cit. loc. §. 32. *num.* 3. *δ*) si dote caret, quartam partem paraphernalium, BRVNNEM. *iurispr. eccles. lib. II. cap. XVII.* §. 35. et BARTH *dissens. in praxi cent. I. dissens.* 41. BOEHMER cit. §. 32. *num.* 4. *ε*) legata ac donata perdit, BOEHNER cit. loc. *n.* 5.

TIT. II.

DE

ADQVISITIONE IVRIS ET OBLIGATIONIS PERSONALIS EX FACTO OBLIGATORIO ECCLESIASTICO ILLICITO.

SECTIO I.

DE

CLERICORVM EXCESSIBVS.

§. CCLXX.

Connexio Facta obligatoria ecclesiastica vel licita vel illicita esse, supra (§. CLV.) diximus. De illis hactenus (*tit. I.*) expositum fuit. Sequitur iam doctrina *de facto obligatorio ecclesiastico illicito*, seu eo facto, quod ad impediendum ecclesiae finem tendit (§. cit.). Ille vero, qui impedit finem ecclesiae, reuera turbat id, quod ad τὸ suum ecclesiae pertinet. *Actiones, quibus turbatur τὸ suum ecclesiae, si auctori moraliter imputari possunt, delicta ecclesiastica* constituunt, *Ill.* DARIES *iur. nat. sect.* VII. *cap.* III. §. 942. Si membrum societatis ecclesiasticae turbat τὸ suum ecclesiae, *vel* hoc agit intuitu officii ecclesiastici ipsi demandati, *vel* sine eiusmodi respectu. Priori casu adsunt excessus clericorum WIL-

WILLENBERG diss *de excessibus et poenis clericorum* §. 6. in cuius vocis originem inquirit BOEHMER *iur. eccl. prot.* V. *tit.* XXXI. §. 2. seqq. posteriori vero delicta in specie talia BOEHMER cit. loc. §. 5. Hac sectione de clericorum excessibus, et deinde de delictis ecclesiasticis in specie talibus, seu extra excessus obuenientibus sermo erit.

§. CCLXXI.

Clerici excessus in suscipiendo officio.

Clericus excessum committit (§. pr.), *si* 1) *in modo ad officium aliquem promouendi a norma praescripta aberrat*, id quod *simonia* vocatur, *can.* 9. *C.* 1. *q.* 3. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 312. a Simone Mago, qui ab Apostolis dona spiritus sancti emere volebat, *Actor.* VIII, 18. seqq. licet illud factum cum hoc haud conueniat, et ad ambitum potius referri debeat, *l.* 31. *C. de episc. et cler. tot. tit. D.* et *C. ad legem Iul. de ambitu, can.* 5. *C.* 8. *q.* 1. *Cel.* PERTSCH diss. *de inuolucris simoniae detectis, cap.* II. §. 5. seq. vberius vero *eiusd.* tract. *de Simonia.* Vt euitetur hoc crimen, passim iurare debent noui ministri, quod obliquo modo haud consecuti sint munus (§. CXII. n. 3.), BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* V. *tit.* III. §. 27. seq.

§. CCLXXII.

§. CCLXXII.

De clerico haeretico et schismatico.

Excedit clericus 2) *circa officium*, quod gerit, a) *in doctrina;* dum α) *dogmata integritati fidei eius ecclesiae, cuius minister est, repugnantia*, seu *haeresin*, WILLENBERG. diss. *de excess. et poenis cleric.* §. 17. disseminat, COCCEII diss. *de iure circa haeretic.* §. 20. et WILLENBERG cit. loc. §. 55. modo sententia ministri ecclesiae fundamento fidei contraria sit; non vero vnius alteriusue doctoris dissensus sufficit, WILLENBERG cit. loc. §. 16. β) *integritati vnionis ecclesiasticae aduersantia proponit*, seu *schismaticus* est; siue vnionem soluere studeat in coetu quodam, qnod *schisma internum*; siue plurium ecclesiarum dissensiones efficiat, quod *externum* appellatur, *id. ibid.* §. 17. Vtrumque per haeretificium committi posse, nullus dubito, *S. R.* PFAFF diss. *de crimine haeretificii*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* V. *tit.* VII. §. 226. seqq. RECHENBERG diss. *de crim. haeretif.*

§. CCLXXIII.

De excedente in corripiendis auditoribus expediendo officio

Clericus circa officium committit excessus, *si* b) *prauos auditorum mores haud legitime corripit*, siue *in defectu*, WERNSDORF. *de feruore, tepore et frigore theolog.* §. 16. WILLENBERG diss. *de*

de excess. et poenis cleric. §. 23. siue *in excessu*, dum animum iniuriandi prodit, SPENER *consil. theol. germ. vol.* I. *cap.* II. *art.* 4. *sect.* 5. et 7. MARPERGER *im wahren Lehr-Elencho part.* I. *cap.* V.: *si* c) *perfunctorie tractat officium suum*, SECKENDORF *im Christen-Staat lib.* III. *cap.* X. §. 1. seqq. et *S. R.* PFAFF *de vitiis eorum, qui sacris operantur, cap. I.* §. 9. *n.* 6. et d) *sigillum confessionis violat* BOEHMER diss. *de obligat. ad reuelat. occultorum cap.* III.

et violatione sigilli confessionis.

§. CCLXXIIII.

De clerici delictis, fastu, auaritia et ebrietate.

Vlterius huc pertinent e) *excessus ex moribus ministri propullulantes.* Quales non solum censentur illi, *qui α) in quolibet membro ciuitatis*, siue clericus, siue laicus sit, *puniuntur*, de quibus apud WILLENBERG diss. *de excess. et poenis cleric.* §. 34. ad 40.: sed etiam *ea quae in membris ciuitatis haud puniuntur*, ob grauitatem muneris, quo fungitur minister ecclesiae, inter excessus referuntur, WILLENBERG cit. loc. §. 8. Inde horum numerum augent β) *fastus* siue crassus, siue subtilis, ZIEGLER *de episcopis lib.* IIII. *cap.* 8. conf. WILLENBERG cit. loc. §. 27. γ) *auaritia*, ZIEGLER cit. loc. *cap.* 11. §. 12. et WILLENBERG c. l. §. 28. δ) *ebrietas, cap.* 14. et 15.

15. X. *de vita et honest. cleric. can.* 2. *sqq.* D. 44 *nou.* 123. *cap.* 10. BVDDEVS *in theol. moral. lib.* III. *cap.* II. §. 28. SPENER *consil. theol. germ. vol.* I. *p.* 780. *seq.* Vt vero clerico via ad ebrietatem sit praeclusa, ne tabernam quidem cereuisiariam aut vinariam, vt partem salarii, illi habere permittitur, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* I. *def.* 65. Quodsi ob paupertatem ecclesiae aliud viuendi remedium deficiat; clerico quidem reditus ex istis tabernis assignantur, ipse vero eas instituere nequit, STRYK *in not. ad* BRVNNEM. *ius eccl. lib.* I. *cap.* VI. *membr.* 10. §. 4.

§. CCLXXV.

De clerici studio rixandi, lusibus et saltationibus.

Inter excessus clericorum refertur quoque a DD. ε) *studium rixandi*, ZIEGLER *de episcop. lib.* IIII. *cap.* 10. MARPERGER *im wahren Lehr-Elencho, part.* II. *pag.* 357. *sqq.* ζ) *lusus aleae, chartarum*, aut alius huius generis, *l.* 25. et 34. *C. de episcop. nou.* 123. *cap.* 10. et 15. X. *de vita et honestat. cleric.* WILLENBERG diss. *de excess. et poen. cleric.* §. 31. quod etiam accipitur *de ludis scenicis* et *Bacchanalibus Christianorum* vulgo *Carneual*, SAM. STRYK *in not. ad* BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* I *cap.* VI. *membr.* 10. §. 2. et ELIAS AVGVST. STRYK diss. *de*

eo, quod iustum est circa ludos scenicos operasque modernas. Ad *lusus ingenii* et *corporis* vero non solet extendi, BRVNNEM. cit. loc. *§.* 3. et STRYK *in not. ad eumd.* conf. WILLENBERG c. l. §. 32. *n*) *Saltationes et choreae*, ZIEGLER cit. *lib.* IIII. *cap.* XVIII. per tot. SPENER *in consil. theol. germ. part.* II. *cap.* III. *art.* 4. *sect.* 29. 30. et 31. BASTINELLER *de eo, quod iust. est circa saltat. sect.* II. §. 19. seq. et alia, quae auditores facile scandali dati loco habent, BOEHMER *iur. paroch. sect.* VIII. *cap.* II. §. 5.

§. CCLXXVI.

De clerici correptione.

Vt ministri ecclesiae desistant ab excessibus, varia adhibentur media, quibus hae actiones, vt moraliter malae, clericis repraesentantur, conf. *Ill.* DARIES *iur. nat. part. gener. cap.* II. *§.* 36. et *cap.* III. §. 119. seq. Per gradus procedi solet in corrigendo ecclesiae ministro, habito simul respectu ad moralitatem excedentis. Ante omnia 1) adhiberi solet *correptio*, siue *actus, quo quis clericum ab excessu per conuenientem admonitionem ad suae salutis bonum conuertere intendit*, WILLENBERG diss. *de fraterna sacerdot. excedent. corrept.* §. 25. quae non solum, ex officio, a magistratu corripiendi suscipienda est; sed etiam,

etiam, ex caritate, a quolibet membro ſocietatis eccleſiaſticae. quae *fraterna* dicitur, WILLENBERG cit. loc. §. 2. ſeq. ita, vt vtraque neceſſaria, *Iacob.* IIII, 17. *can.* 38. *C.* 23. *q.* 5. SPENER *in der Handlung von der Natur und Gnade*, *cap.* 54. 55. et 59. et exemplo Apoſtolorum probata, *Cell.* PERTSCH *Kirchenhiſtorie ſaecul.* I. *cap.* XI. §. 2. HVLSEMAN *de iure et moderat. corrept. fratern.* ARNOLD *in der Abbildung der erſten Chriſten lib.* III. *cap.* VII. §. 5. et SPENER *conſil. theol. germ. part.* II. *cap.* I. *art.* 1. *sect.* 23. *pag.* 101. et 282. et *part.* III. *cap.* VI. *art.* II. *sect.* 31. *pag.* 792. et, cum praecautione a Chriſto *Matth.* XVIII, 15. ſqq. praeſcripta, merito adhibenda ſit, WILLENBERG cit. loc. §. 8.

§. CCLXXVII.

Obſeruationes.

Circa correptionem notes velim, quod a) differat *a denunciatione euangelica*, quippe qnae ex DD. ſententia eſt *remedium extraordinarium, quo quis iuris ciuilis actionibus et auxiliis deſtitutus aduerſus peccantem in ſubſidium vtitur, ita vt praeuia admonitione priuata a peccatore ſpreta eccleſiae denuntiet petatque, quo ipſa denunciatum, vt a peccato exeat, et ad poenitentiam, conſequenter rei iniuſte detentae reſtitutionem mediis eccleſiaſticis*

sticis cogat, cap. 13. *X. de iudiciis*, THOMASII *vsus practicus denunciationis euangelicae*, IANI tract. *de denunciat. euangel.* conf. WILLENBERG *de fraterna sacerdot. exced. corrept.* §. 26. *b*) monitus clericus minus recte agat, si correptionem in malam partem interpretetur, et pro iniuria accipiat, WILLENBERG diss. *de pseud-iniuria.*

§. CCLXXVIII.

De deprecatione

Si correptio effectu caret, aut excessus ita comparatus, vt leges poenam quamdam minentur auctori; vlterius progrediendum in corrigendo clerico. Etenim clericus 2.) ad *deprecationem* publice in ecclesia, sub praescripta formula suscipiendam, adigendus est, WILLENBERG diss. *de excess. et poenis clericorum* §. 43. De hoc gradu correctionis notandum *a*), quod adhiberi soleat, si mores ministri ecclesiae tendunt ad scandalum, v. c. ob clerici dissolutam vitam, negligentiam in expediendo officio, et rixas cum parochianis et collegis. SPENER *consil. theol. germ. vol. I. pag.* 782. *seq.* *b*) Si ad frugem peccator se recipit; aliis mediis non eget, BASTINELLER *de poenis clericorum earumque praescriptione*, *sect.* I. §. 14. Nisi forsan *c*) in clerici delictum

seuerior poena statuta; quum clerici mitius haud puniendi, quam laici ob similia delicta coercentur, LEYSER diss. *de poenis clericorum.*

§. .CCLXXVIIII.

De clerici incarceratione et poena pecuniaria.

Progredior ad alium modum coercendi clericorum excessus. Si enim priores haud sufficiunt, 3) *incarceratio cum et sine carena*, aut *poena pecuniaria* locum habet, *l.* 24. *C. de poenis cap.* 8. *X. de accusat.* CARPZ. *iurispr. consist. lib. III. def.* 113. *n.* 12. et 13. Circa hanc poenam obseruandum, *a*) quod clerico carcer, vulgo *der priesterliche Gehorsam*, in honestiori loco assignari soleat, quo officio parcatur, GAERTNER diss. *de incarcerat. cleric. cum et sine carena cap. II. n.* 26. et *cap. III.* per tot. *b*) Quia incarceratio ministri ecclesiae existimationem non parum minuit; *mulctae*, aut *detractioni fructuum beneficialium* facilius relinquitur locus, STRYK *ad* BRUNNEM. *ius eccl. lib. II. cap. XVIIII.* §. 2. LYNCK. *ad decret. tit. de poenis* §. 5. et CARPZ. cit. *lib. III. def.* 114. *n.* 4.

§. CCLXXX.

De suspensione.

Quodsi haec quoque coercitio incassum adhibita, et excedens ad pristinos

nos mores relabitur; 4) *suspensioni* (§. CXXXVI. et CXXXVIII.) est locus. Praxis circa hanc poenam multis in locis introduxit, *a*) vt suspensus ab officio simul carere debeat reditibus, seruata tamen dignitate, WILLENBERG diss. *de excess. et poenis cleric.* §. 45. *b*) haec clerici dignitas per suspensionem apud vulgus quodammodo imminuitur, CARPZOV. *iurispr. consist. lib. III. def.* 144. et LYNCKER *rer. in dicast. Ienens. decisar. cent. III. dec.* 455. *c*) Collegis et vicinis pastoribus officium interim committitur, qui saltim iura stolae percipiunt, SCHILTER *instit. iur. can. lib. I. tit.* 19. §. 6. et HORN *in addit. ad eumd.* *d*) Elapso tempore, ad quod erat suspensus, restituitur, praeuia admonitione populi, vt condonent, additis precibus, vt restitutus in vera pietate conseruetur, BRVNNEM. *iur. eccles. lib. II. cap. XVIIII.* §. 5. et HOPPE *de suspensione ab officio cap. V. n.* 24. *seqq.* *e*) Suspensione semper opus, si inquisitio in delictum pastoris instituenda, ne interim in sacrorum administratione aliis sit offendiculo, BRVNNEM. cit. loc. §. 6. LEYSER diss. *de poenis cleric. med.* 8. *seqq.*

§. CCLXXXI.

De remotione

Maior coercitionis gradus ipsa suspen-

ſpenſione eſt 5) *remotio* (§. CXXXVI. et CXXXVIIII.). Haec *a*) ſuſcipitur, ſi clericus tale delictum commiſit, quo ſe indignum munere reddidit, eoque ſine ſcandalo amplius fungi nequit, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. V. tit.* XXXVII. §. 103. *ſeq.* BASTINELLER diſſ. *de poenis cleric. earumque praeſcript.* et WILLENBERG diſſ. *de exceſſ. et poenis cleric.* §. 47. *ſeq.* Quale ſemper reperitur, ſi clericus eſt haereticus, vel ſchismaticus, WILLENBERG cit. loc. §. 55. *b*) Cauſſae cognitionem ſupponit, ne clericus inauditus condemnetur, STRYK in not. *ad* BRVNNEM. *iur. eccleſ. lib.* II. *cap.* XVIIII. §. 3. CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib.* III. *def.* III. *n.* 9. *ſeqq.* et BEYER in addit. *ad def.* 122. *n.* 3. *ſeqq.* et *c*) cauſſae cognitione legitime peracta, ſatis graui depoſitionis ratione comperta, ipſa remotio per ſententiam eſt decernenda, et haec rite publicanda, BOEHMER cit. loc. §. 108. Remoto vero valedictoria concio haud permittitur, WILLENBERG. c. l. §. 49.

§. CCLXXXII.

De degradatione.

Vltimus clericos in eccleſia coercendi gradus conſiſtit 6) in *degradatione* (§. CXXXX.). De qua iura volunt, *a*) vt ſolenni modo, *cap. 2. de poenis in 6.* BOEH-

BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* V. *tit.* XXXVII. §. 121. *seqq.* HORN in additam. *ad* SCHILTERI *ius can. lib.* I. *tit.* XVIIII. §. 15. conf. WILLENBERG diss. *de excess. et poen. cleric.* §. 15. et *b*) vnice ob delicta grauiora, si iudici saeculari exhibendus est clericus, suscipiatur, KRAVSE *de iure degradat. canon. eiusq. vsu in terris protest.* WILLENBERG cit. loc. seq. Reliquas poenas, vt et delicta, quia in laicis quoque locum inueniunt, ad sequentem sectionem differam.

SECTIO II.

DE DELICTIS ECCLESIASTICIS A MEMBRO ECCLESIAE QVA TALI COMMISSIS

SIVE DE DELICTIS ECCLESIASTICIS IN SPECIE TALIBVS.

§. CCLXXXIII.

Delicta, quae ecclesiae membra qua talia committunt, describuntur.

Nunc de *turbatione societatis ecclesiasticae, quam membrum ecclesiae sine respectu, vtrum officium in hac societate gerat, nec ne, peragit* (§. CCLXX.). Ea omnia, quae huc referri debent, commune habent fundamentum, *scandalum*

nimirum, quod ecclesiae praebet eiusdem membrum, BODINVS *de abusu poenit. ecclesiast. th. VII. p. m.* 27. et CARPZOV *iurispr. consist. lib. II. def.* 281. *n.* 8. et 10. et *lib. III. def.* 89. *n.* 13. Quale exhibent illi peccatores, 1) qui haeretica dogmata publice proponunt, BODINVS cit. loc. *th. XXXIII. pag. m.* 97. 2) qui nomine diuino et sacramentis abutuntur, vel ex contemtu non vtuntur, *id. ibid.* p. m. 99. 3) qui dies dominicos et festos profanant; 4) qui parentibus impias manus intulerunt; 5) qui implacabili odio alios prosequuntur, *id. ibid.* 6) qui delicta carnis committunt, *id. ibid.* pag. 100. conf. *Cel.* PERTSCH *vom Recht des Kirchen-Bannes cap. VI.* CARPZOV cit. *lib. III. def.* 90.

§. CCLXXXIIII.

Excommunicationis iura.

Illi, qui hac ratione animum a quibusdam saltim dogmatibus ecclesiae alienum declarant, iuribus membrorum ecclesiae propriis frui nequeunt, seu *excommunicantur* (§. IIII. n. 5.). Si excommunicato vsus omnium iurium membris ecclesiae propriorum interdicitur, in *maiori*; si sacrae coenae solum, in *minori* reperitur *excommunicatione*, BODINVS *de abusu poenit. eccles. th.*

th. XXXVIII. pag. 117. et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. V. tit. XXXVIIII.* §. 28. *n.* 2. De *excommunicatione* notes velim, quod 1) ipſi varii tribuantur *effe-ctus ciuiles*, conf. BOEHMER cit. *lib. V. tit. XXXVII.* §. 51. et B. BVDDEVS *theol. moral. part. III. cap. III.* §. 65. quo autem iure apud Proteſtantes hoc fiat, inquirit BOEHMER cit. *lib. V. tit. XXXVIIII.* §. 55. *ſeq.* 2) auctoritatem conſiſtorii requirat, *id. ibid.* §. 57. *id. iur. paroch. ſect. I. cap. II.* §. 62. non ſuperintendentum, ZIEGLER *de ſuper-int. cap. XVIII.* per tot. et BOEHMER cit. *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXXI.* §. 89. neque paſtorum, *id ibid. lib. III. tit. XXXXI.* §. 50. *ſeq.* BODINVS cit. loc. *th. XII. pag.* 39. *ſeq.* 3) maior rariorem habeat vſum, BOEHMER cit. loc. *lib. V. tit. XXXVII.* §. 54. 4) haud recipiatur excommunicatus in communionem ſine praeuia poenitentia, BOEHMER cit. *lib. V. tit. XXXVIII.* §. 3.

§. CCLXXXV.

Deprecationis publicae iura.

Poenitentia, qua excommunicatus reconciliatur cum eccleſia, a qua excluſus, eſt *declaratio publica doloris percepti ex ſcandalo per peccata commiſſa ecclesiae exhibito*, et *deprecatio publica*, vulgo *Kirchen-Buſſe*, appellatur, CARP-

zov *iurispr. consist. lib.* III. *def.* 82. conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* V. *tit.* XXXVIII. §. 69. *Iura* huius *deprecationis* sunt; quod 1) pro diuerso scandali gradu diuersae solennitates adhiberi soleant, CARPZ. cit. loc. *n.* 5. *seqq.* 2) ad conditionem peccatoris haud respiciendum, ita, vt nec nobiles a deprecatione liberi sint, *id. ibid. def.* 93. *n.* 2. *seq.* 3) determinanda consistorii auctoritate, *id. ibid. n.* 3. et 5. et *def.* 85. *n.* 1. et 4. 4) poenam ciuilem non absorbeat, nec haec poenitentiam excludat, *ibid. def.* 94. 5) non possit remitti a superintendente et ministro ecclesiae, ZIEGLER *de superintend. cap.* XVIII. et CARPZOV cit. *lib.* III. def. 87. 6) ob crimen alibi commissum haud iniungatur, *id. ibid. def.* 84. 7) deprecationis finis sit reconciliatio peccatoris cum ecclesia, *id. lib.* II. *def.* 122. *n.* 17. et 281. *n.* 6. et 11.

§. CCLXXXVI.

et abusus.

Sed dolendum, quod *varii abusus* in deprecationis iniunctionc obuenire soleant: quibus accensendum videtur, quod 1) ob conditionem peccatoris saepe negligatur, vel mulcta pecuniaria substituatur, CARPZOV *iurispr. consist. lib.* III. *def.* 86. et 87. *n.* 15. BODI-

NVS

NVS *de abusu poenit. eccl. th.* XXXVI. *pag.* 113. *seq.* licet hac ratione deprecationis finis non obtineatur (§. pr. n. 7.): 2) ob ea facta, quae scandala potissimum praebent, saepe non iniungatur, BODINVS cit. loc. *th.* VII. *p.* 21. et *th.* XXXVI. *pag.* 115. 3) fere vnice ob delicta carnis, et quidem a feminis commissa, frequentetur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* V. *tit.* XXXVIII. §. 63. BODINVS cit. loc. *th.* XXXV. *pag.* 110. 4) licet nulla a peccatoribus ostendatur resipiscentia per bonos fructus, tamen poenitentes dicantur, *id. ibid. pag.* 111. 5) pudore et odio erga spectatores saepe repleti ad sacram coenam eo tempore admittantur, *id. ibid. th.* XXXX.

LIBER II.
DE
IVRE ET OBLIGATIONE REALI.

CAP. I.
DE IVRE RERVM SACRARVM.

§. CCLXXXVII.

Quatenus

Ad finem perduximus, pro instituti nostri ratione, iura personalia (lib. I.):

de rebus sacris in iure ecclesiastico sermo.

I.): eam ob rem ad rerum iura accedere licebit. Res ecclesiae vel sacras, vel spirituales, vel temporales esse, supra (§. CLVII.) determinauimus. *Rerum sacrarum* primo loco fiet mentio. Hae, quum ipsam religionem seu modum deum colendi constituendum spectent (§. cit.); pro diuersitate huius modi deum colendi differunt. Deus enim colitur interna animi et spiritus veneratione; quae vero externis sese actibus, gestibus et moribus exserere solet, AVGVSTINVS *lib.* VIIII. *contra Faust.* et BOEHMER diss. *de iure liturgico cap.* I. §. 3. Ille *cultus internus*, hic *externus* dicitur, BOEHMER cit. loc. §. 4. et 5. *Internus* cultus omnem vim externam seu imperantis imperium excludit (§. V. n. 3.): proinde obiectum legum ecclesiasticarum haud praebet.

§. CCLXXXVIII.

Liturgia, leges, ius et libri liturgici quid?

Externus vero *cultus*, quatenus actus, vi dogmatum ecclesiae suscipiendi, certo ordine et forma egent, obiectum legum praebet, ne propter multitudinem in congregatione, ordine posthabito, cultus sacer variis impedimentis inuoluatur, BREITHAVPT diss. *de ordine in eccles. obseru.* CHRYSOST. *homil.* XXXVII. ad I. *Corinth.* Inde

orta

orta *liturgia* ſiue ritus et cerimoniae externae. *Propoſitio obligatoria hanc liturgiam determinans lex liturgica*, et *complexus harum legum ius liturgicum*; *ſcripta* vero *leges liturgicas continentia libri liturgici* appellantur. FRIDERICI tract. *de liturg. vet. et nou. cap.* I. et BOEHMER diſſ. *de iure liturgico cap. I.* §. 2.

§. CCLXXXVIIII.

Ordo vel ſimplex vel ſolennis.

Ordo, quem in eccleſia obſeruamus, duplex eſt, puta vel *ſimplex* ſeu *neceſſarius*, *qui ex natura religionis ſequitur, et ad conſeruandam eccleſiam neceſſarius eſt*; vel *ſolennis* ſeu *accidentalis*, *qui in ritibus et cerimoniis ad externam pompam et decoram rerum faciem conducentibus conſiſtit*, BOEHMER diſſ. *de iure liturgico cap.* I. §. 13. Primi chriſtiani in ſimplici magis ſubſiſtebant, *Rom.* I, 9. *Luc.* XVII, 20. *Phil.* III, 3. BOEHMER diſſ. *ad Plin. Secund. diſſert.* II. poſtea vero ritus in dies aucti ſunt, partim, vt ſe accommodarent genio gentilium et Iudaeorum, qui religionem chriſtianam contemtui et odio ideo potiſſimum habebant, quod eam ſine pompa viderent, B. BVDDEVS in duplic. diſſ. *de ritibus eccleſiae latinae iudaicis*, MVSSARD in der *gründlichen Vorſtellung der vor Zeiten aus dem Heyden-*

denthum in die Kirche eingeführten Gebræuche und Ceremonien, conf. BOEHMER cit. diff. *de iure liturg. cap.* I. §. 14. partim ob ſtatum eccleſiae corruptum et ad ſuperſtitionem procliuem, ZIEGLER *praefat.* ad tr. *de epiſcopis*, HVBERVS in *hiſtor. ciuil. lib.* IIII. *ſect.* I. *cap.* 8.

§. CCLXXXX.

Ritus vel vniuerſales vel particulares.

Ritus partim vniuerſale eccleſiae communes ſunt et *vniuerſales* appellantur, partim coetibus quibusdam proprii, qui *particularium* nomine veniunt, BOEHMER *de iur. liturg. cap.* I. §. 16. Ad *illos* referri debent, qui vel ab Apoſtolis commendati, vel ex moribus et inſtitutis Synagogae iudaicae retenti, quos recenſet HILDEBRAND diſſ. *de ritibus ſacris* §. 17. Conf. AVGVSTINVS *epiſt.* 118. *Particulares* vero ex diuerſo genio et moribus loci orti erant, *can.* 11. *D.* 12. *Cap.* 14. X. *de offic. iudicis ordin.* BOEHMER cit. loc. §. 17. ſeqq. qui auctoritate conciliorum et pontificum in dies aucti, *id. ibid.* §. 26. ſeqq. neque poſt reformationem ſacrorum omnes ſuperſtitioſi ritus abrogati, in cuius rei cauſſam inquirit BOEHMER cit. loc. §. 35. ſeqq. et SCHILTER *de libert. eccleſ. Germ. lib.* VII. *cap.* VIII. §. 10. *ſeq.*

§. CCLXXXXI.

§. CCLXXXXI.

Cui competat facultas ritus determinandi.

Facultatem ritus determinandi et antiquos abrogandi Euangelici merito *tribuunt principibus* (§. XVIII. n. 3.), licet vniuersales sint, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib.* I. *tit.* IIII. §. 51. *sq.* non vero clericis, conf. BOEHMER diss. *de iure liturg. cap.* II. §. 21. et in diss. *de iure episcop. princip. protest.* BRVNNEM. *iur. eccles. lib.* I. *cap.* II. §. 28. et 34. THOMASIVS diss. *de iure princip. circa adiaphora cap.* I. §. 9. dissent. CARPZ. *part.* II. *decis.* 113. DEDEKENN *volum.* II. *membr.* I. *sect.* I. *n.* 2. nec patronis ecclesiae FINCKELTHAVS *de iure patron. cap.* II. *num.* 19. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* I. *def.* 3. nec consistorio, *id. ibid. lib.* III. *def.* 2. *n.* 11. STRYK *ad* BRVNNEM. *ius eccles. lib.* I. *cap.* VI. *membr.* XII. §. 6. multo minus magistratui inferiori, BOEHMER cit. diss. *de iure liturg. cap.* II. §. vlt.

§. CCLXXXXII.

Principis ius ordinandi preces publicas,

Princeps, dum ius liturgicum praescribit, *ordinat* 1) *preces publicas*, SCHILTER *instit. iur. canon. lib.* II. *tit.* I. §. 25. et BOEHMER *dissert. praelim. ad tom.* III. *iuris eccles. euang. de iure liturg. eccles.* §. 78. seq. De quibus notandum, quod princeps α) certa solennia externa in precibus obseruanda saepe determinet,

net, v. c. vt genua flectantur, BOEHMER cit. loc. §. 80. seq. β) ministros ecclesiae ad preces publicas praecise haud adstringat, BRVNNEM. *iur. eccles. lib. I. sect. VI. membr. VI.* §. 3. γ) *preces statas* et *imperatas* praescribat, prout singulis annis, certis temporibus, aut obueniente demum occasione extra ordinem recitandae, v. c. si pestis, bellum, terrae motus, aliaque mala imminent, HILDEBRAND *de prec. veter. Christian. cap. II.* §. 13. seq. et BOEHMER cit. loc. §. 83. seq. et BOEHMER cit. loc. §. 83. seq. Conf. *eiusd.* diss. *de iure precum public. cap. II.*

§. CCLXXXXIII.

nec non dies ac horas precatorias.

In iure liturgico 2) *dies precationum* ordinantur vulgo *allgemeine Fast- Buss- und Bet-Tage*, STRYK *vs. modern. digest. tit. de feriis* §. 1. BOEHMER diss. *de iure precum public. cap. II.* §. 14. De his notes α) quod vel *statae* vel *imperatae* sint; quarum *illae* certis anni temporibus recurrunt, *hae* vero tempore calamitatis publicae constituuntur, BOEHMER *diss. praelim. de iure liturg. eccles.* §. 84. β) consistorium vt plurimum suppeditet ministris ecclesiae textus, preces et cantus poenitentiales, *id. ibid.* γ) edicta publicari soleant, in qui-

quibus modus cultus publici plenius demonſtratur, *id. ibid.* §. 85. Ad ius liturgicum recte referuntur 3) horae precatoriae, vulgo *Betſtunden*, in nonnullis eccleſiis vſitatae, SCHILTER *inſt. iur. can. lib. II. tit. I.* §. 3. Quarum iura potiora ſunt, *a*) quod etiam miniſter eccleſiae ſine praeuio principis iuſſu eas inſtituere poſſit, BOEHMER cit. diſſ. praelim. §. 86. *b*) neque priuatis interdictum ſit, horas precatorias inter priuatos parietes inſtituere, modo in detrimentum eccleſiae et ſocietatis ciuilis haud dirigantur, *id. ibid.* §. 88. ſeq.

§. CCLXXXXIIII.

Principis nominatio in precibus publicis.

Iure perfecto exigi poteſt, vt *nominatim precibus publicis inſeratur* 1) *princeps* ſeu quilibet dominus territorialis in territoriis ſuis, SCHILTER *inſt. iur. can. lib.* II. *tit.* I. §. 26. ZIEGLER *de iurib. maieſt. lib.* I. *cap.* XVII. §. 4. et CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib.* II. *def.* 260. *n.* 6. vi ſummae poteſtatis, BOEHMER diſſ. *de iure prec. public. cap.* III. §. 4. ſeq. qui ſimul praeſcribit, pro quibus perſonis ſpeciatim preces faciendae, quales plerumque ſolent eſſe *principis coniux*, *mater*, *liberi*, *fratres*, *cognati*, immo illi, qui ex iure confraternitatis ſpe ſuccedendi gaudent, vulgo *Erbverbrüderte und Erbvereinigte*.

Atta-

Attamen iure perfecto hoc poſcere nequeunt *α*) confratres, BOEHMER cit. l. §. 8. *β*) appanagiati principes ſiue paragiati, ſiue appanagiati ſpeciatim tales, niſi illis ius ſacrorum in parte territorii adſignata ſimul relictum ſit, *id. ibid.* §. 9. neque *γ*) protectores prouinciarum, vulgo *Schutz- und Schirm-Herren, id. ibid.* §. 10.

§. CCLXXXXV.

Poſſeſſoris antichretici et territorii dubii quoque mentio facienda.

Vt nominatim ſui mentio fiat in precibus publicis, exigit 2) *poſſeſſor principatuum antichreticus*, BOEHMER diſſ. *de iure precum publicarum cap. III.* §. 11. niſi debitor ſibi reſeruauerit iurisdictionem eccleſiaſticam, ZIEGLER *de iure maieſt. lib. I. cap. XVII.* §. 4. 3) *poſſeſſor territorii dubii*, licet hoſtis patriae ſit, modo poſſideat locum, et exigat nominationem ſui in precibus, BOEHMER cit. loc. §. 12. Circa has nominationes notandum, *α*) quod imperatoris per totum fere imperium mentio fieri ſoleat, non tamen ad eiusdem mandatum, ſed domini territorialis, *id. ibid.* §. 13. *β*) pro domino territoriali pontificiae religioni addicto etiam preces fundantur in Proteſtantium eccleſiis, *id. ibid.* §. 18. *γ*) abuſus ſit haud exiguus, quum tituli conſueti longa ſerie recenſentur, DE-

DE-

DEKENN *in consil. theolog. vol.* I. *membr.* III. *sect.* II. *n.* 8. *rubr. vom Predigtamt*, et STRYK ad BRVNNEM. *ius eccl. lib.* I. *cap.* VI. *membr.* VI. §. 8.

§. CCLXXXXVI.

Reliqui, quorum mentio fit in precibus publicis, enumerantur.

Praeterea 4) *patroni* precibus publicis includuntur, BRVNNEM. *iur. eccles. lib.* II. *cap.* VIII. §. 25. ZIEGLER *de iure maiest. lib.* I. *cap.* XVII. §. 4. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 259. et si obseruantia suadet, coniugis ac familiae, sique plures patroni sunt, eorum nominatim fit mentio, BOEHMER diss. *de iure precum public. cap.* III. §. 21. seq. 5) *domini iurisdictionis* intercessionem exigunt; quod vero vt iure perfecto postulari possit, obseruantia probari debet, BOEHMER c. l. §. 20. et CARPZ. dict. loc. *n.* 9. et 11. Denique 6) *singuli parochiani* certis in casibus pro se preces fieri volunt; quod fit α) concione finita, β) non nominatim, nisi mores ecclesiae hoc introduxerint, BOEHMER cit. loc. §. 24. et 26. γ) si adest quaedam ratio eiusmodi intercessiones suadens, STRYK *ad* BRVNNEM. cit. *lib.* I. *cap.* VI. *membr.* VI. §. 8. et BOEHMER cit. loc. §. 25. 26. et 30. δ) ita, vt his sub circumstantiis a ministro ecclesiae preces denegari neque-

S ant,

ant, licet ad ſchedulam non neceſſario adſtrictus ſit, *id. ibid.* §. 27. *ε)* ſi alienus parochus deſideratas interceſſiones volens ſuſcipit, eius, pro quo preces funduntur, proprius parochus ius prohibendi non habet, BOEHMER c. l. §. 28. *ζ)* honorarium harum precum intuitu ſoluitur miniſtro eccleſiae, *id. ibid.* §. 29.

CAP. II.

DE IVRE RERVM ECCLESIAE SPIRITVALIVM.

§. CCLXXXVII.

De verbo Dei.

Rerum ſpiritualium definitio (§. CLVII.) vnice applicari poteſt ſecundum dogmata religionis euangelicae ad *verbum dei* et *ſacramenta*: vnde haec media ſalutis a noſtris DD. ſpiritualium nomine veniunt, BRVNNEM, *iur. eccleſ. lib. II. cap.* I. *membr. I.* §. 2. FLEISCHERI *geiſtliches Recht lib. II. cap. I.* §. 3. Vt per *verbum diuinum* ille finis, cui a ſummo numine deſtinatum eſt, obtineri poſſit; 1) praedicatio verbi certis perſonis committitur, *can.* 19. *C.* 16. *q.* 1. BRVNNEM. cit. loc. §. 6. conf. *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. II.* per tot. 2) parochianis curae cordique eſt legi-

legitimus verbi diuini vsus: inde *a*) in sua parochia verbum Dei audire debent, *can.* 4. *C.* 9. *q.* 2. BRVNNEM. cit. l. §. 7. *β*) ea, quae pias meditationes et vsum verbi diuini legitimum promouent, suscipiant, quae eumdem impediunt, omittunt, *B.* GERHARD *de lege dei* §. 137. qualia impedimenta quoque sunt nundinae, quae diebus dominicis celebrantur, conf. BRVNNEM. cit. loc. §. 9. dissent. suo modo CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 253. *n.* 4. Ne profanentur hi dies, brachium saeculare impedire debet, STRYK *ad* BRVNNEM. cit. l. §. 6. verb. *brachium saeculare.*

§. CCLXXXXVIII.

De sacramentorum numero.

Sacramenta sunt *signa visibilia, cum quorum legitimo vsu Christus coniunxit inuisibilem gratiam*, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. I. membr. II. §.* 1. hi characteres quum non nisi ad baptismum et eucharistiam applicari possint: per se patet, quod ea, quae a pontificiis praeter ea sacramentorum numero adscribuntur, hoc nomine insigniri nequeant, nec eodem ab Euangelicis insigniantur, BRVNNEM. cit. loc. §. 2. et *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib. II. tit. III.* §. 51. Sacramenta in his iuribus conueniunt, 1) quod contemtus dam-

 net,

net, 1) quod in regula a parocho, et quidem 3) competente adminiſtrari debeant, cit. *Dn.* ENGAV §. 52.

§. CCLXXXXVIIII.

Capita doctrinae de baptismo recenſentur.

Nunc de quolibet ſacramento in ſpecie eatenus dicendi locus erit, vt de quolibet doceatur, quid iuſtum atque iniuſtum in eccleſiis Euangelicorum ſit. *Baptismi iura* ad *tria capita* referenda eſſe, nullus dubito; nimirum vt eruamus, 1) *quis baptizandus*, 2) *a quo*, et 3) *quomodo* hic actus peragendus, denique 4) *effectus*, qui a baptismo dependent.

§. CCC.

De baptismo infantum a christianis parentibus procreatorum.

Quantum I.) ad *iura circa baptizandum* obſeruanda (§. pr. n. 1.). *Si ille*, de quo quaeſtio eſt, an baptizandus ſit, a) *a parentibus, chriſtianae religioni addictis procreatus eſt*, notes α) quod infantes baptizari ſoleant, *can.* 7. 8. 74. 76. 129. 130. 138. ſeq. *D.* 4. *de conſecrat.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXXII. §. 7. *S. V.* BAVMGARTEN diſſ. *paedobaptismi demonſtrat. et vindiciae*, quamuis olim raro differebatur, BOEHMER cit. loc. §. 62. et *S. V.* BAVMGARTEN diſſ. *de procraſtinat. baptismi ap. veteres eiusque cauſſis*; modo

C) at

β) ab vtero matris plene separati, BOEHMER cit. l. §. 10. *n.* 4. et γ) haud monstrosi, LYNCKER *de baptismo cap.* I. §. 4. et DEDEKENN *vol.* I. *lib.* I. *sect.* III. *n.* 2. et 4. δ) parentes christiani coguntur, vt infantes offerant ad baptismum; quod si nolunt, monentur de facienda oblatione, quae adhortatio si effectu caret, liberi auferuntur. Si enim parentes confessionibus approbatae in Germania ecclesiae renunciare nolunt, vi confessionis liberos offerre debent, BOEHMER cit. loc. §. 8.

§. CCCI.

De baptismo eorum, qui ab infidelibus nati.

Quodsi vero ille, de quo quaestio an baptizandus sit, b) *a parentibus infidelibus procreatus;* apud Protestantes iuris est, vt inuitis parentibus infidelibus haud conferatur baptismus, SPENER *consil. theol. germ. tom.* I. *cap.* II. *art.* V. *sect.* 4. et BOEHMER *iur. eccles. prot. lib.* III. *tit.* XXXXII. §. 9. nisi α) in captiuitate Christianorum reperiatur, vbi quippe a domino ad baptismum recte offertur, LYNCKER *de baptismo cap.* I. §. 6. vel β) a parentibus expositus sit, BOEHMER cit. *lib.* III. *tit.* XXXIII. § 55. vel γ) se ipsum offerat natus ab infidelibus parentibus, BOEHMER cit. loc. §. 56. qui legitime praeparandus et magi-

ſtratus auctoritas adhibenda eſt, SPENER cit. loc. *vol. vlt. cap.* I. *ſect.* 53. *pag.* 289. BOEHMER c. l. *tit.* XXXXII. §. 14. et 18. Denique notandum, *δ*) quod liberi Cingarorum, quos parentes quaeſtus cauſſa vt plurimum aliquoties baptizari curant, cum cautione baptizandi ſint, *id. ibid.* §. 10. *n.* 5.

§. CCCII.

Quis baptizare poſſit.

Conſiderandum II.), *a quo actus baptismi peragendus* (§. CCLXXXXVIIII. n. 2.). Vbi notatu dignum, quod hic actus *a*) regulariter a paſtore ſuſcipiendus, et quidem *b*) illo, in cuius parochia infans natus, conf. BOEHMER *iur. paroch. ſect.* IIII. *cap.* I. §. 27. et *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXXII. §. 5. ita vt, ſi *c*) coniuges diuerſae religioni ſint addicti, patris parochus praeferatur, niſi pactis dotalibus aliud cautum, BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. *n.* 4. In caſu neceſſitatis *d*) a quolibet homine, et ipſis obſtetricibus. adminiſtratur, *cap.* 20. 21. et 36. *D.* 4. *de conſecrat.* BOEHMER cit. loc. §. 4. et *e*) parochus pontificius ex Lutherano natum, LYNCKER diſſ. *de baptismo cap.* III. §. 6. et BOEHMER *iur. paroch.* cit. *ſect.* IIII. *cap.* I. §. 29. baptizare poteſt; nec *f*) vitiatur baptismus, ſi ab haeretico ſuſcipitur,

tur, *can.* 28. et 32. *D.* 4. *de consecrat.* BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 21. *n.* 2.

§. CCCIII.

Forma baptismi explicatur.

Sequitur III.), *forma in baptismo adhibenda* (§. CCLXXXXVIIII. n. 3.), quae consistit *a*) in inuocatione S. S. trinitatis, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXXII. §. 21. et *b*) adspersione trina aqua simplici suscepta; quod vtrumque ad substantiam legitimi baptismi pertinet, *id. ibid.* §. 19. et 20. *c*) Reliqua sunt solennia, et, licet omissa, baptismum haud reddunt inualidum, *id. ibid.* §. 22. quo pertinet, vt *α*) in ecclesiasterio suscipiatur, conf. BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* I. *cap.* VI. *membr.* III. §. 4. et BOEHMER *iur. paroch. sect.* IIII. *cap.* I. §. 28. *n.* 2. *β*) super baptisterio, *id. iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 24.

§. CCCIIII.

Patrinorum iura.

Inter baptismi solennia referri debet *γ*) *praesentia patrinorum*, SIMON *de patrinis*, SCHELGVIGIVS *de patrinis matrinisque*, qui haud sint 1) non baptizati, *can.* 102. *D.* 4. *de consecrat.* BOEHMER *iur. eccl. prot. cit. lib. III. tit. XXXXII.* §. 37. n. 1. 2.) infantes, ne quidem iure multorum locorum impu-

beres, aut euchariſtiae participes nondum facti, *id. ib.* §. 38. *n.* 1. conf. TITIVS *Probe des geiſtl. Rechts lib.* III. *cap.* II. §. 19. 3) excommunicati, *id. ibid.* §. 20. et BOEHMER cit. §. 38. *n.* 2. non vero ſuſpecti de haereſi, vel diſſentientes in opinione dogmata fidei haud ſpectante, IO. IOACH. MVLLER. *entdecktes Staats-Cabinet, erſte Eroeffnung cap. III.* pag. 41. conf. BOEHMER cit. loc. §. 39. ſeq. vel diuerſae religioni, vni tamen ex iis, quae in Germania approbatae ſunt, addicti, BOEHMER cit. loc. §. 41. diſſent. aliqua ratione SIMON cit. loc. cap. II. §. 5. ſeqq. et quoad Reformatos CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib. II. def.* 266. Denique notes, quodſi patrini dona offerant, horum intuitu tacita liberis competat hypotheca, THOMASIVS diſſ. *de tacita hypoth. propter pecun. luſtric.* ERNEST. TENZEL diſſ. de *reſtrict. liberor. diſpoſit. in pecun. luſtric.*

§. CCCV.

Reliquae baptismi ſolennitates.

Ex ſolennitatibus eccleſiaſticis quoque eſt, δ) quod baptizando *veſtis alba*, vulgo *das Weſterhembdgen*, ſaepe indui ſoleat, quam ε) patrini in quibusdam locis tangunt, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. IIII. tit. XI.* §. 11. ζ) *exorcismus duplex, id. ibid. lib. III. tit. XXXX.* §. 27.

§. 27. STRYK in not. *ad* BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* I. *cap.* VI. *membr.* II. §. 3. qui tamen in pluribus Euangelicorum locis salutari forsan consilio abrogatus, conf. BOEHMER *iur. paroch. sect.* IIII. *cap.* I. §. 28. seqq. et SPENER *consil. theol. germ. part.* I. *cap.* II. *art.* 5. *sect.* 5. η) *crucis signaculum*, *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib.* II. *tit.* IIII. §. 640. lit. δ. θ) *precibus* in agendis determinatis deo commendatur baptizandus, BRVNNEM. cit. loc. §. 2. ι) *si infans ex necessitate a laico baptizatus postea superuixerit, in templum deportari* et *precibus deo commendari solet*, *id. ibid.*

§. CCCVI.

Effectus baptismi genuini.

Tandem IIII.) *effectus* baptismi enucleandi (§. CCLXXXXVIIII. n. 4.), non quidem spiritualis, in regeneratione consistens, sed *iuridici*, LVDOVICI diss. *de effectu baptismi iuridico. Quales* sunt, quod 1) baptizatus fiat membrum societatis ecclesiasticae, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXXII. §. 51. 2) baptismus reiterationem excludat, ZIEGLER *de baptismo non iterando*, BOEHMER cit. loc. §. 49. nisi dubitetur, an baptizatus fuerit, *can.* 16. *D.* 1. *de consecrat.* et *can.* 110. seqq. *D.* 4. *eod. cap.* 3. X. *de presbyt. non baptiz.*

BOEHMER cit. loc. §. 50. Ab infidelibus parentibus procreati 3) si baptizantur, α) in collegia opificum recipi possunt; β) solutio census tolerantiae cessat; γ) desinunt esse serui, Christianorum intuitu; δ) irregularitas seu inhabilitas ad obtinenda officia ecclesiastica est exstincta; ε) succedunt in bona baptizatorum, vbi antea hoc iure carebant; ζ) consequuntur quibusdam in locis ius ciuitatis in loco, quo captizantur, LVDOVICI diss. *de effectu baptismi iuridico*.

§. CCCVII.

Minus genuini baptismi effectus.

Inter *effectus* in primis baptismi ab infidelibus prognatorum haud pauci quidem referunt, sed minus, vt puto, accurate, *a)* quod sit caussa diuortii, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXIII.* §. 65. nisi α) infidelis fidelem deserat, vel β) in polygamia antea vixerit baptizatus, vel γ) in gradu lege diuina prohibito nuptias celebrauerit, *id. ibid.* §. 69. Nec ille, qui *b)* ante baptismum seruilis conditionis erat, eo quod christianus factus, liber euadit, LVDOVICI diss. *de effectu baptismi iurid.* §. 5. seqq. nec *c)* patriam potestatem tollit baptismus, BOEHMER cit. loc. §. 80. nec *d)* baptizato ius confert legitimam

mam exigendi ab infidelibus parentibus adhuc viuis, *id. ibid.* §. 81. dissent. CARPZ: *defin. forens. part. III. const.* 12. *def.* 12. et BERLICH *part. III. concl.* 14. *n.* 31. nec *e*) poena eundem criminali liberet, BOEHMER cit. loc. §. 82.

§. CCCVIII.

Capita doctrinae de eucharistia.

Eucharistiam, praeter baptismum, esse sacramentum, supra (§. CCLXXXIX.) dixi. Quumque doctrina de baptismo, quatenus ad institutum nostrum pertinet, absoluta sit; vt iura circa eucharistiam obuenientia eruamus, necesse est. *Eucharistia*, quae est *sacramentum, in quo cum plane et vino offertur communicantibus corpus et sanguis Christi*, supponit *certas qualitates* 1) *in vtentibus*, 2) *in administrantibus*, 3) in *modo administrandi*, et 4) *producit varios effectus*. De his omnibus sigillatim erit dicendi locus. Conf. interim LYNCKER diss. *de eo, quod iustum circa sacram coenam.*

§. CCCVIIII.

Quinam iuribus membris ecclesiae propriis vti nequeant.

Illi, *qui* I.) *ad sacram coenam admitti volunt* (§. pr. n. 1.) sint 1) tales, quibus iuribus membris ecclesiae propriis frui licet, et 2) legitime praeparati ad hoc sacrum epulum. Ex primo sequitur, vt vtentes eucharistia debeant esse

esse *a*) *baptizati*, quum alias membra ecclesiae christianae dici nequeant (§. CCCVI. n. 1.), atque adeo iuribus membris ecclesiae propriis destituantur; *b*) *a communione ecclesiastica haud exclusi*, quum maior et minor excommunicatio eucharistiae vsum impediat in excommunicato (*§.* CCLXXX.); *c*) *non scandalosi*, quippe qui prius reconciliandi cum ecclesia, quam vtantur sacra coena, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 281. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. membr. III.* §. 13. admittuntur tamen, si morti vicini, CARPZ. cit. l. *def.* 283. et dum negant delictum, antequam conuicti, *id. ibid. def.* 285. et 287. BRVNNEM. loc. cit. FRITSCH *obseru. iur. eccl. obs.* 82. MVLLER diss. *de poenit. eccles. cap. III. n.* 46. *seqq.* dissent. LYNCKER diss. *de eo, quod iust. circa sacram coenam cap. V.* §. 18.

§. CCCX.

Pastoris potestas circa exclusionem scandalosi.

Vt vero parochiano, qui nondum excommunicatus, legitime denegetur sacrae coenae vsus (§. pr. lit. c.), *cauere debet parochus, ne credat, exclusionem ab arbitrio suo dependere*, TITIVS *Probe des geistl. teutschen Rechts lib. III. cap. III.* §. 15. seqq. THOMASIVS *ad* LANCELOT. *lib. II. tit. VI.* §. 5. *n.* 218. appa-

parenter dissentit LYNCKER diss. *de eo, quod iustum circa sacram coenam, cap. II. §. 8.* conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXXI.* §. 49. ad 56. sed suspendere potest usum, et consistorium de caussis, cur canditatum eucharistiae indignum iudicet, certius reddere; quod si exclusionem haud admittit, iussui magistratus standum est a pastore, BOEHMER cit. loc. §. 59. et SPENER *consil. theol. germ. vol. vlt. cap. VI. art. III. sect.* 145. *pag.* 711. Id si conscientiae suae repugnare credit pastor, dimissionem petere potest; quod vnicum etiam erit medium, si princeps vult admitti, et pastor hoc salua fieri conscientia, non posse credit, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. I. membr. III.* §. 12. et STRYK in not. ad eumd.

§. CCCXI.

De iis, qui praeparari nequeunt, ob defectum vsus rationis.

Qui excludi aut prohiberi ad tempus nequeunt vsu sacrae coenae, tamquam indigni iuribus membro ecclesiae propriis, II.) *legitime praeparandi sunt* (§. CCCVIII. n. 2.). Quum vero illi praeparari nequeant, qui vsum rationis vel plane non, vel non sufficientem habent, vel quos saltim non constat eiusdem vsu gaudere; sequitur, vt ad eucharistiam haud admittantur 1) *furiosi* et

et *mente capti*, LYNCKER diff. *de eo, quod iustum circa sacram coenam, cap. V.* §. 3. nisi dilucida paroxismi interualla patiantur DEDEKEN *consil. theol. vol. I. part. II. lib. III. sect. 7. n.* 17. et 18. GERHARD loc. *de sacra coena* §. 225. 2) *ebrii* quantumuis moribundi, LYNCKER cit. loc. §. 4. 3) *qui omnem sensum amiserunt*, ita vt fidei probabile dare nequeant signum, DEDEKEN cit. loc. §. 228. LYNCKER dict. loc. §. 5. inde muti et surdi gestibus externis et signis certis poenitentiam testantes non impediuntur in vsu euchariſtiae, DEDEKEN cit. *sect. III. n.* 2 SCHILTER *inst. iur. can. lib. II. tit. IIII.* §. 8. CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 278. *n.* 9. STRYK *de iure sensuum diss. II. cap. II. n.* 39. 4) *infantes*, LYNCKER cit. loc. §. 2. et 5) *qui ad eam aetatem nondum peruenerunt, vt sapere, seque ad dignum huius sacramenti vsum praeparare possint*, ZIEGLER *ad* LANCELOT. *inst. iur. can. lib. II. tit. V.* §. 4. et LYNCKER cit. loc. §. 1.

§. CCCXII.

Confessionis definitio et diuisio.

Quomodo, qui dignus vult esse hospes huius sacratissimi epuli, se praeparare debeat, ex scriptura sacra docent theologi, et in iure ecclesiastico ea vnice consideranda, de quibus in foro

foro iudicari potest. Quo pertinet 1) *confessio externa* vulgo *Beichte*, quae in multis euangelico-lutheranis coetibus ecclesiasticis vsui sacrae coenae praemitti debet, seu *declaratio doloris hausti ex commissis peccatis addita absolutionis postulatione.* Haec confessio prout a singulis sigillatim suscipitur, vel minus, *auricularis* seu *priuata*, vel *publica* dicitur *confessio.*

§. CCCXIII.

Iura confessionis.

De *vtraque* notes, velim, quod, 1) vt nunc est, ex iure diuino difficulter deduci possit, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* V. *tit.* XXXVIII. §. 64. 2) multi vsus huius confessionis conseruationem commendent, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 275. conf. BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* III. *cap.* II. §. 8. in fin. conf. BOEHMER. cit. loc. §. 67. 3) a principibus euangelicis alibi abrogata, saltim priuata, alibi libertati relictum, vtrum quis priuatim confiteri velit, nec ne, BOEHMER *iur. paroch. sect.* IIII. *cap.* 1. §. 18. 4) coram parocho confessio regulariter suscipienda, *id. ibid.* §. 13. et *iur. eccl. prot. lib. V. tit. XXXVIII*, §. 66. LYNCKER diss. *de eo, quod iustum circa sacram coenam, cap. V.* §. 22. *seq.* quod ad principem, quippe quem ius banna-

narium parochorum haud tenet (§. CXVIIII. lit. c.) applicari nequit, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 61. ad 65. ita tamen, vt 5) si in parochiali ecclesia plures reperiantur pastores, liberior competat mutandi facultas, *id. ibid.* §. 66. et 6) formula absolutionis, *dei vice*, quam adhiberi solent parochi, multis displiceat, BOEHMER cit. loc. §. 59. plura apud *Cel.* PERTSCH *vom Recht der Beicht-Stühle.*

§. CCCXIIII.

De confirmatione.

Ante confessionem 2) in liberis primum ad sacram synaxin admittendis adhibetur multis in locis, et quidem salutari consilio, *confirmatio.* Vbi confirmandus *a*) praeuia adhortatione admonendus de suo baptismo; *b*) edit coram ecclesia propriam et publicam confessionem doctrinae et fidei; *c*) de praecipuis religionis capitibus interrogatur; *d*) grauiter exhortandus, vt in hac doctrina ac fide perseueret; *e*) adduntur preces pro confirmando cum manuum impositione, B. SPENERVS *conf. theolog. tom. IIII. cap. VII. art. II. sect.* 21. *pag.* 256. et CHEMNITIVS *in exam. concil. Trident. part. II. loc.* 3. §. 13. seqq. et §. 25. Hic confirmandi modus supponit, vti per se patet, vt sedulo

dulo sit praeparatus confirmandus, quo ipse pastor omnem curam merito dirigit. Vtrum vero actus confirmationis a superintendente, vel alio pastore, et quo tempore, suscipiatur, haud refert, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXXII, §. 59. seq.

§. CCCXV.

Quis administrare possit sacram coenam.

Haec sunt, quae de vtentibus eucharistiae sacramento dicenda fuere. Sequuntur II.) *iura administratorum coenae sacrae* notanda (§. CCCVIII. n. 2.). Hoc sacramentum administrari debet 1) a pastoribus, SPENER *consil. theol. germ. part.* II. *cap. V. art.* II. *sect.* 33. modo haud desit pastor; hoc enim in casu, si necessitas suadet, aequiores laicis quoque haud denegant facultatem consecratoriam et distributionem elementorum, SPENER cit. *part.* II. *cap.* III. *art.* I. *sect.* 16. *S. V.* WALCHIVS diss. *de sacra coena a laicis administranda*, *conf.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXXI. §. 37. ad 40. et SCHILTER *inst. iur. can. lib.* I. *tit.* III. in fin. dissent. LYNCKER diss. *de eo, quod iustum est circa sacram coenam cap.* II. §. 2. 2) qui suae tantum ecclesiae homines admittere potest, et in aliena parochia celebrare nequit eucharistiam, *can.* 4.

C. 9. q. 2. LYNCKER cit. loc. §. 7. BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* I. *membr.* I. §. 7. nisi parochus competens impeditus, quale intuitu peregrinantium administrationem eucharistiae petentium obuenit, STRYK not. *ad* BRVNNEM. cit. loc.

§. CCCXVI.

Continuatio. Neque 3) pastor sibi ipsi administrare potest hoc sacramentum, BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* I. *cap.* VI. *membr.* IIII. §. 12. nisi casus necessitatis adsit, GERHARD *loco de S. coena* §. 18 DEDEKENN *consil. theol. vol.* I. *part.*II. *lib.* III. *sect.* 2. *n.* 6. et *sect.* 3. *n.* 6. *seq.* LYNCKER diss. *de eo, quod iustum circa sacram coenam, cap.* II. §. 3. Vtrum 4) autem pastor administrans pius, an impius sit, efficaciae sacramenti haud derogat, *rec. imper. de anno* 1548. *tit. von Sacramenten ingemein* §. 5. SECKENDORF *im Christen-Staat lib.* II. *cap.* IIII. §. 3. LYNCKER cit. loc. §. 4.

§. CCCXVII.

Substantialia eucharistiae Ordo, quem nobis proposuimus, exigit, vt III.) *de modo administrandi sacram coenam* (§. CCCVIII. n. 3.) dicamus. Ad *essentiam huius sacramenti,* vi institutionis, pertinent 1) *elementa*, panis nimirum

rum et vinum, GERHARD *art. de sacra coena* §. 20. et CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 289. *n.* 4. quae mutari nequeunt, nec aliud substitui, DEDEKENN *consil. theol. vol.* I. *part.* II. *lib.* III. *sect.* 2. *n.* 12. LYNCKER diss. *de eo, quod iustum circa sacram coenam cap.* III. §. 2. nec alterutrum symbolum omitti potest, *id. ibid.* §. 7. 2) *benedictio, distributio, manducatio* et *bibitio* coniunctim et insaeparabiliter suscepta, GERHARD *loc. theol. de sacra coena* §. 142. seqq. et §. 133. seqq.

§. CCCXVIII.

Minus necessaria sacramenti eucharistiae.

Sunt quoque *ritus, qui ad essentiam sacramenti huius non pertinent.* Etenim panis non necessario adhibendus est a) vniformis, b) azymus, c) formam rotundam habens, GERHARD loc. *theol. de sacra coena* §. 23. LYNCKER diss. *de eo, quod iustum circa sacram coenam cap.* III. §. 5. d) in qualibet lingua benedictio suscipi potest, modo communicantes eam intelligant *id. cap.* IIII. §. 2. Minus porro necessaria sunt e) precationes, commonefactiones, oratio dominica et gratiarum actiones, quae, prout in agendis praescriptae sunt; adhiberi, solent, GERHARD cit. loc. §. 156. LYNCKER cit. loc. §. 9.

T 2 f) for-

f) formale in ipſa diſtributione panis et vini benedicti conſuetae, DEDEKENN. *conſil. theolog. vol.* I. *part. II. lib. III. ſect.* 4. *n.* 5. g) formatio crucis, conf. LYNCKER cit. loc. §. 11. h) diſtributio ordinarie in templo, et non niſi in caſu neceſſitatis priuatim aut in loco profano, peragenda, *id. ibid.* §. 15. non vero ob ambitionem, aut commoditatem, BOEHMER *iur. eccleſ. prot. lib. III. tit. XXXXI.* §. 62. et SPENER *conſil. theol. germ. part. I. cap. II. art. V. ſect.* 9. ſeqq. et *part. II. cap. III. art. I. ſect.* 16. et *part. vlt. cap. VI. art. III. ſect.* 149. in fin. ANONYM. tract. *von der priuat-communion auſſer dem Nothfall*, et ANONYM. *Gutachten von der bisbero ſtreitig geweſenen priuat-communion:* i) vaſa argentea, aut minimum ſtannea, *ib.* §. 16.

§. CCCXVIIII.

Ritus, qui ad pontificiorum errores deducere poſſunt.

Nonnulli quoque *ritus* in *quibusdam euangelicorum coetibus obuii tales ſunt, vt, ne ad errores pontificiorum deducant, caueri debeant.* Quo pertinet 1) ſi cum vocis intenſione verba conſecratoria pronunciantur, BOEHMER *iur. eccleſ. prot. lib.* III. *tit.* XXXXI. §. 9. *n.* 1. 2) eodem tempore campanula quadam, vulgo *das Wandelgloeckgen* dicta, ſignum datur,

datur, *id. ibid. n.* 2. nec non 3) genua flectuntur tunc, quum consecratoria exprimuntur verba, vel 4) in accessu communicantis, conf. LYNCKER diss. *de eo, quod iustum circa sacram coenam cap.* IIII. §. 19. VOETIVS *polit. eccl. part.* I. *lib.* II. *tract.* II. *sect.* IIII. *cap.* 5. §. 3. dissent. STRYK in not. *ad* BRVNNEM. *ius eccles. lib.* I. *cap.* VI. *membr.* IIII. §. 8. 5) si laici digni haud iudicantur, qui tangant symbola eucharistica, clericis vero eadem tangenda exhibentur, *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib*: II. *tit.* VI §. 659. *n.* 3. b) si cereis ardentibus vtuntur, *id. ibid. n.* 5. 7) si litenteum, quod pontificii *corporale* appellant, adhibent, *id. ibid.* §. 660. *n.* 4.

§. CCCXX.

Eucharistiae effectus.

Tandem IIII.) de *eucharistiae effectibus* (§. CCCVIII. n. 4.). *Internos* theologi explicant, GERHARD *loc. theol. de sacra coena* §. 210. et 214. *Externus* et *iuridicus* in eo consistit, quod sit *signum communionis et fraternitatis*, ita vt, qui ad sacram coenam admittitur, pro ecclesiae membro habeatur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXXI. §. 42. SCHILTER *inst. iur. can. lib.* II. *tit.* III. §. 11. non vero in signum innocentiae eo vtendum, DEDEKENN *consil. theol.*

 vol.

vol. I. *part.* II. *lib.* III. *sect.* VI. *n.* 17. et *n.* 22. LYNCKER diss. *de eo, quod iustum circa sacram coenam cap.* VI. §. 2. aut vt confirmentur pacta, SCHILTER cit. loc. §. 12. et LYNCKER dict. loc. §. 3. Vnde 1) obstinate contemnens excommunicatur, DEDEKENN cit. loc. *lib.* II. *sect.* VI. *n.* 12. STRYK in not. *ad* BRVNNEM. *ius eccl. lib.* I. *cap.* VI. *membr.* IIII. §. 2. et LYNCKER cit. loc. *cap.* VII. §. 3. et 2) impoenitenter morientes honesta sepultura priuantur, *id. ibid.* §. 4. et CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 283. *n.* 10. *seq.* et in *def.* 284. *n.* 2. *seq.* ad asininam extendit: dissent. BOEHMER cit. loc. *lib.* III. *tit.* XXVIII. §. 43. seq.

CAP. III.
DE
IVRE RERVM ECCLESIAE TEMPORALIVM.

TIT. I.
DE
IVRE RERVM ECCLESIAE TEMPORALIVM IN SPECIE TALIVM.

§. CCCXXI.

Rerum ecclesiae

Res *ecclesiae temporales* sunt *res ad τὸ suum ecclesiae pertinentes, quatenus eccle-*

ecclesia est societas (§. CLVII.). Quarum vsus si in eo consistit, vt impensae in societate ecclesiastica faciendae inde ferantur, *bona ecclesiastica* appellabimus: si vero hanc destinationem non habent, et vsus potius ad singula societatis ecclesiasticae membra pertinet, *res ecclesiae temporales in specie tales* nominabimus. Inde ordo dicendorum sequens esto, vt 1) *de rebus ecclesiae temporalibus* hoc titulo, et 2) *de bonis ecclesiasticis* sequenti dicatur.

temporalium definitio diuisio, et dicendorum series.

§. CCCXXII.

Definitio rerum ecclesiae temporalium in specie talium applicari potest I.) ad *templa* seu *ecclesiasteria*, quae sunt *aedes ad cultum diuinum externum ibi instituendum vnice destinatae*, CARPZOV *iurispr. consist. lib. II. def.* 334. *Differunt* templa 1) ratione *actuum cultus diuini* externi in templo instituendorum. Prout enim actus ibi suscipi solent, qui ordinatum ministrum ecclesiae requirunt, vel qui talem haud supponunt; vel *templa in specie talia* dicuntur, vel *oratoria*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXVII.* §. 6. *seqq.* 2) ratione *eorum, qui ibi sacris fruuntur.* Si quidam adstricti, vt in determinato ecclesiasterio sacris vtantur, vel minus; *pa-*

Templorum definitio et diuersitates.

rochialia seu *curata*, vel *non curata* sunt BOEHMER *iur. paroch. sect.* III. *cap.* III. §. 15. 3) ratione *qualitatis earum personarum, quae in templo sacris frui debent.* Quippe quae si certum hominum genus sunt, ab eo nomen accipiunt templa, ita, vt illa, quibus aulici adstricti, *aulica*, quibus ciues academici, *academica* dicantur; et sic porro. Si vero homines intra certum districtum habitantes, cuiuscumque ordinis, sunt; existunt *parochialia in specie talia*, conf. LINK *de encaeniis templorum.*

§. CCCXXIII.

Aliae templorum differentiae et series dicendorum.

Vlterius differunt templa 4) ratione *situs*, vtrum in vrbe, an extra eam reperiantur. Illa sunt *vrbana*, vulgo *Stadt-Kirchen*; haec *ruralia*, vulgo *Dorf-Kirchen*, 5) ratione *qualitatis clericorum*, qui ibi, saltim ex institutis pontificiorum, residere debent. Quippe qui si sunt episcopus cum suis canonicis, *cathedralia*, vulgo *Dom-Kirchen*: si praepositus cum suo conuentu, *collegiata*, vulgo *Stifts-Kirchen*: si abbas cum suo conuentu, *monastica templa*, vulgo *Closter-Kirchen*, item *Munster*, appellantur. STRYK *ad* BRVNNEM. *ius eccl. lib.* II. *cap.* 2. §. 2. BOEHMER cit.

cit. loc. §. 16. *Iura*, quorum ratione haec diuersa templorum genera maxime conueniunt, ita explicabo, vt de *ecclesiasterio* 1) *exstruendo*, 2) *reficiendo*, et 3) *eiusdem singularibus iuribus prae aliis aedibus* cultui diuino haud destinatis differam, et si quaedam ecclesiasteriorum species ab aliis differat, hanc differentiam notare non omittam.

§. CCCXXIIII.

Templa exstruenda ex iusta caussa, et saluo iure tertii.

Quantum I.) ad *templorum exstructionem* (§. pr. n. 1.). Aedificatio fieri debet 1) ex *iusta caussa*, quae tunc demum reperitur, *si subditi ei religioni, cuius exercitium princeps permittere vult, addicti aedes sacras vel plane non, vel saltim non satis aptas habent*, vbi conuentus instituere possent. Quale quid locum inuenit, atque adeo iustam exstruendi ecclesiasterii caussam praebet, *a*) si gens quaedam ad fidem conuertatur, *can.* 2. *D.* 99. LINK diss. *de iurib. templorum cap.* II. §. 2. *b*) si tempore hiemali nullo modo adiri possit templum, *id. ibid.* 2) *sine alterius praeiudicio*, *cap.* 1. *X. de nou. op. nunciat.* LINK cit. loc. §. 3. *n.* 2. Hinc parocciani et patroni audiendi sunt, an iustam habeant dissentiendi caussam, *cap.* 3. *X. de aedif.*

Clem. 2. *de rebus eccl. non alien. can.* 51. *C.* 16. *q.* 1. LINK cit. loc. *n.* 3. in fin.

§. CCCXXV.

Cuius sumtibus templa sint exstruenda.

Porro ad templorum exstructionem requiruntur 3) *sumtus*; qui, si *a*) nemo eos ex propriis subministrare velit, *b*) ex ipsis ecclesiae reditibus ferendi sunt, LINK diss. *de iur. templor. cap.* II. §. 7. si aerarium ecclesiasticum sufficientibus destituitur reditibus, *c*) paroeciani contribuere et sumtus suppeditare debent, *cap.* 4 *X. de eccles. aedif.* LINK cit. loc §. 9. quia in horum vtilitatem aedificatio suscipitur, ita vt *α*) omnes, cuiuscumque sint conditionis, ad hanc contributionem concurrere debeant, licet quis in duobus locis parochianus sit, CARPZOV *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 341. LINK cit. loc. §. 10. seq. *β*) parochiani sub alio magistratu et in alio territorio degentes haud immunes sint, KLOCK *de contribut. cap.* VIIII. *n.* 94. et LINK cit. l. §. 12. *γ*) in ipsa collatione ad numerum parochianorum potius respiciendum, quam ad vires patrimonii, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. *tit.* XVI. *membr.* I. §. 253. *n.* 2. dissent. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXXVIII. §. 47. LINK cit. loc. *n.* 13. et CARPZ. cit. loc. *def.* 243.

nisi

nisi consuetudo loci cuiusdam dissentientium sententiae accedat.

§. CCCXXVI.

Continuatio obligationis paroecianorum in exstruendo templo.

Praeterea in contributione parochianorum ad exstructionem templi notandum, δ) quod *nec filialistae ab hoc onere liberi sint*, LINCK diss. *de iur. templor. cap. II.* §. 14. nisi hi proprium habeant ecclesiasterium, in quo sacra hactenus administrari debuerunt, *id. ibid.* §. 15. ε) *operas quoque praestare debent parochiani equis et manibus, id. ibid.* §. 16. licet alias ab operis immunes sint, CARPZOV *iurispr. consist. lib. II. def.* 304. et BRVNNEM. ad *l.* 7. *C. de S. S. eccles.* quoad oppidanos paroecianos tamen moris est, vt loco operarum contribuant pecuniam, qua operarii conducuntur, CARPZ. cit. loc. et LINK loc. cit. *n.* 17.

§. CCCXXVII.

Alia exstructionis iura.

Nec minus in exstructione templorum opus est, 4) vt demandetur cura peragendae aedificationis praefecto ecclesiae, LINK diss. *de iur. templor. cap. II.* §. 18. 5) vt assignetur locus ab omni onere liber huic aedificio, quae assignatio *fundatio* ecclesiae appellatur, *can. 9. D. 1. de consecrat. can. 28. C. 26. q. 1.*

q. 1. et *cap.* 25. *seqq.* X. *de iure patron.* LINK cit. loc. §. 19. ille tamen indemnis reddendus, qui solum ad exstruendum templum idoneum exhibet, STRVV *synt. iur. ciu. exerc.* XXIII. *th.* 6. Accedit ad haec, quod 6) dotari debeat, seu dandi sint fructus annui ad onera sustinenda. *can.* 9. *D.* 1. *de consecrat.* et LINK cit. loc. §. 23. ZIEGLER *de dote eccles. cap.* IIII. *seqq.*

§. CCCXXVIII.

Auctoritate domini territorialis opus est.

Denique ad legitimam templorum aedificationem requiritur 7) auctoritas domini territorialis CARPZ. *iurispr. consist lib.* II. *def.* 334. n. 9. seqq. STRVV *synt. iur. ciuil exerc.* III. *th.* 70. BOEHMER *iur. paroch. sect* IIII. *cap.* III. §. 16. in fin. et *iurispr. eccles. prot. lib.* III. *tit.* XXXXVIII § 15. Qui a) per consistorium attendit, vt omnia accurate obseruentur, quae hactenus descripta fuere, CARPZ. cit. loc. *n.* 12. seqq. b) primum poni curat lapidem, LINK *de encaeniis part.* II. c) eiusdem auctoritate dedicatio suscipitur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXX. §. 36. et quidem α) per superintendentem siue pastorem primarium, LINK *de iure templor. cap.* VI. *n.* 21. β) mediantibus actibus ministerialibus, concione

cione nimirum, hymnis, precibus, sacrae coenae et baptismi administratione, nec non copula sacerdotali, BOEHMER cit. loc. §. 37. quamuis γ) hi actus non necessario accedere debeant, nec semper adhiberi soleant, STRYK *ad* BRUNNEM. *ius eccles. lib. II. cap. II.* §. 3. et STRYK *vsu modern. digest. tit. de rer. diuis.* §. 3. δ) In oratoriis actus ordinatum ministrum requirentes dedicationis tempore numquam suscipiuntur, conf. BOEHMER cit. §. 37. in fin.

§. CCCXXVIIII.

Refectionis templi definitio et quaedam requisita.

Progredior II.) ad *iura circa reficienda ecclesiasteria* notanda (§. CCCXXIII. n. 2.). Templum reficitur, dum deprauatum ad vsum, cui destinatum erat, aptum redditur, PETR. BECKIUS tract. *de S. S. et cathol. Christi eccl. reparandis ac reficiendis.* Haec refectio tum *legitime* suscipitur, si 1) caussa iusta adest, quae eam suadet, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXXVIII.* §. 35. in fin. Inde si superflua adsint templa; refectio omitti potest, *id. ibid.* §. 39. 2) principes protestantes curam refectionis gerunt, *id. ibid.* §. 51. seq. Quumque 3) refectio sumtus requirat; merito considerandum est, *quis eos suppeditare debeat?* De qua quaestione haud

raro

raro in foris disputatur, BOEHMER diss. *de iure et onere reficiendi ecclesias.*

§. CCCXXX.

Cuius sumtibus refectio fieri debeat.

Haec quaestio sequenti modo decidenda videtur; vt si a) quis facto suo moraliter imputatiuo ecclesiae damnum intulerit, idem ad refectionem obstrictus sit, *can.* 3. *C.* 12. *q.* 2. BOEHMER cit. loc. §. 73. n. 3. Si nemo est caussa moralis damni; b) refectio suscipienda ex aerario ecclesiastico, *id. ibid.* §. 62. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 338. *n.* 7. seqq. Quod si patrimonium ecclesiae non sufficiat, id est, deductis impensis ad refectionem necessariis, tantum haud supersit, quantum ad reliqua ecclesiae onera requiritur; c) parochiani coguntur ad refectionis onus ferendum, a quo nec filialistae exclusi, CARPZ. cit. loc. *def.* 339. ita vt hi alibi, vti in Saxonia moris est, ad tertiam partem, BOEHMER *iur. paroch. sect. VII. cap. III.* §. 8. alibi aequaliter cum reliquis parochianis concurrere debeant, CARPZ. cit. loc. *def.* 344. nisi proprium templum habeant, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXVIII.* §. 74. *n.* 4. FINCKELTHAVS *de iure patron. cap. IIII. n.* 86. nec nobiles parochiani, CARPZ. cit. loc. *def.* 346. et STRYK *ad* BRVN-

NEM

NEM. *iur. eccl. lib. II. cap. II.* §. 29. et, quin ad patrimonii quantitatem in onere ferendo respiciatur, nullus dubitat BOEHMER *iur. paroch. sect. VII. cap. III. §.* 9. Quae contributio tamen ad diuersae religioni addictos haud extendenda; quippe qui intra parochiam quidem habitant, non vero parochiani dici possunt, BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 74. *n.* 5.

§. CCCXXXI.

Quando ad veterem modum facienda sit refectio.

Ipsa vero *refectio templi* destructi 4) *non praecise ad veterem modum facienda;* sed in commodum parochianorum vsum dirigenda, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. III. tit. XXXXVIII.* §. 76. modo *a*) eorum religionis exercitium ex simplici tolerantia haud concessum sit; quippe quo in casu refectio vltra modum concessum extendi nequit, *id. ibid.* nec *b*) contra statum anni decretorii in locis mixtae religionis refectio suscipienda, *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccles. lib. II. tit. XVI. membr. I.* §. 255. *lit. b.* dissentire videtur BOEHMER cit. loc. §. 77. seqq. conf. FABRI *Staats-Canzelley tom. XV. c.* 10. *pag.* 690. et *tom. XVIII. n.* 11. et *tom. XXXI. cap. I.* AVCTOR *elect. iur. publ. tom. II. pag.* 224. et 811. *tom. IIII. pag.* 525.

§. CCCXXXII.

Templorum immunitas ab oneribus et commercio;

§. CCCXXXII.

Accedo III.) ad *iura templorum* (§. CCCXXIII. n. 3.). Quo referri debent 1) *immunitates ecclesiasteriis competentes*, quae sunt *eorum exemtiones a iure communi.* Libera enim sunt ecclesiasteria a) ab *oneribus*, *cap.* 3. 4. et 7. *X. de immunit. eccles. cap.* 1. *eod. in.* 6. et *cap.* 4. *de censib. in* 6. LINK diss. *de iur. templor. cap.* III. §. 52. et quidem omnibus, siue α) personalia et sordida sint, *l.* 13. *C. de excus. muner.* siue β) extraordinaria et superindicta, seu augmenta ordinariorum, siue alia, LINK cit. loc. §. 53. quae tamen immunitas ex iure humano, non diuino, petenda, BOEHMER diss. *de sanctit. eccles. cap.* II. §. 28. b) ac *omni commercio;* inde brocardicon, *die Kirche wird nicht in Anschlag gebracht*, intelligi potest, BOEHMER *iur. paroch. sect.* V. *cap.* I. §. 5. et STRYK *vsu modern. digest. tit. de rer. diuis.* §. 2.

nec non a violatione.

§. CCCXXXIII.

Templa quoque immunia *c) a violatione*, *seu sanctitate munita sunt;* non vero *interna* quadam lapidibus inhaerente, vt intrans templum caput denudare et genua flectere debeat, BOEHMER *iur. paroch. sect.* V. *cap.* I. §. 3. sed *externa*, BOEHMER diss. *de sanctitate eccle-*

ecclesiarum cap. I. per tot. vi cuius ille, qui in ecclesia vim alicui infert, grauius committit crimen, quam qui in loco sanctitate externa non munito id facere ausus fuerit, et atrocitatem poenae auget loci reuerentia laesa, CARPZOV *iurispr. consist. lib.* III. *def.* 97. *n.* 10. sequ. ipsaque moralitas augetur, si violatio coniunctam habet turbationem sacrorum, BOEHMER cit. diss. *cap.* II. §. 2. Immo capitalis poena locum inuenit, si vis infertur α) corpori personae ecclesiasticae, β) in ipsa ecclesia, γ) eo tempore, quo rem diuinam facit, et δ) hoc modo sacra impediuntur, RICHTER *ad auth. sed nouo iure C. de episc. et cleric.* CARPZ. cit. loc. *def.* 95. *n.* 11. et in *definit. forens. part.* II. *const.* I. *def.* 12. Ex hac sanctitate externa quoque intelligendum, cur poena aggrauanda, si res ex templo ablata, *sanctio Carolina crimin. art.* 171. seqq. et LVDOVICI *ad art.* 172. conf. CARPZ. *prax. crim. quaest.* 89. *n.* 18. seqq.

§. CCCXXXIIII.

Immunitas ab vsibus profanis.

Ad *immunitatem ecclesiasterii pertinet*, d) *quod ad vsus profanos* adhiberi nequeat, BOEHMER diss. *de sanctit. eccles. cap.* II. §. 23. quia ad pios destinatum est (CCCXXVIII. lit. c.). Inde

ibi haud habenda *α*) ciuilia, nec criminalia iudicia, *cap.* 2. *de immun. eccles. in 6.* et *cap.* 5. *X. eod.* BOEHMER cit. loc. §. 23. β) conuentus negotiorum caussa, *id. ibid.* §. 23. multo minus γ) conuiuia, comissationes, salationes et alia ludicra, *id. ibid.* §. 24. Libera quoque sunt templa δ) ab inhospitationibus, *cap.* 1. *X. de immun. eccl.* BOEHMER cit. loc. §. 25. conf. LINK diss. *de iur. templor. cap.* III. §. 28. seqq.

§. CCCXXXV.

De encaeniis. Inter iura templorum referri quoque debent z) *encaenia*, vulgo *Kirchweyhfest*, quae sunt *solennia in memoriam factae dedicationis ad vsum sacrum suscepta*, *can.* 16. *D.* 1. *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. II. tit. XVI. membr. II.* §. 264. De quibus notes velim: quod a) multis in locis protestantium, cum primis in vrbibus, abrogata sint, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXX.* §. 55. Vbi in pagis adhuc retenta, b) vt plurimum vno eodemque die per totum territorium celebrari, et c) eo tempore instituti debent, quo parochiani hisce solennibus sine dispendio laborum interesse possunt, *id. ibid* §. 56, atque d) a protestantibus ciuilium numero habentur, *Ill. Dn.* ENGAV cit. loc. §. 267.

n. 7

n. 7. conf. LINK diss. *de encaeniis templorum.*

§. CCCXXXVI.

Minus genuina templorum iura.

Minus genuinum templorum ius apud protestantes dici meretur a) *ius asyli, seu quod tuto ad ecclesiasterium confugere possint delinquentes,* STRYK *ad* BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* II. §. 7. ENGELBRECHT diss. *de iniusta asylorum immunitatisque ecclesiarum ad crimina dolosa extensione,* et BOEHMER diss. *de sanctit. eccles. cap.* II. §. 18 licet iudex criminalis consensum consistorii impetrare debeat, si reum ad ecclesiam profugum inde repetere vult, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 244. Neque protestantes sciunt b) *ditionem iuridicam, Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. *tit.* XVI. *membr.* II. §. 267. *n.* 6.

§. CCCXXXVII.

De altari.

Ad res ecclesiae temporales in specie tales, praeter templum, referri debet II) *altare,* quod est *mensa in templo eum in finem exstructa, vt ibi benedictiones peragantur.* Eiusmodi mensa est 1) accessorium; et 2) consensu principis SLEVOGT *vom Recht derer Altaere cap.* II. §. 1. in fin. 3) simul cum ecclesiasterio, aut 4) per concionem ad hunc

actum directam et administrationem eucharistiae piis vsibus destinatur, *id. ibid. cap. II.* §. 10.

§. CCCXXXVIII.

De baptisteriis, vasis, campanis et linteis.

Vlterius ad hanc rerum classem pertinent III.) *baptisteria*, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. I. membr. II.* §. 11. IIII.) *vasa in administratione sacramentorum adhibenda*, SLEVOGT *vom Recht derer Altaere cap.* III. §. 5. quae vulgo apud protestantes, licet minus accurate, sacra appellantur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXX.* §. 38. in fin. V.) *campanae*, VI.) *varia lintea*, quae ad ornamentum ecclesiasterii adhibentur, SLEVOGT cit. loc. §. 6. in fin. et alia in templis obuenientia. Quae omnia in eo conueniunt, quod praeter destinationem et vsum nihil requiratur, quo ad τὸ suum ecclesiae peruenïant, STRYK *ad* BRVNNEM. *ius eccl. cit. lib. II. cap. II.* §. 3. et BOEHMER cit. loc.

§. CCCXXXVIIII.

Domuum religiosarum definitio et duae species.

Numerum rerum ecclesiae temporalium in specie talium augent VII.) *domus religiosae*, voce in generali significatu sumta pro *domibus pium vsum habentibus*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III.*

III. tit. XXXVI. §. 34. Quibus accenseri debent 1) *aedes parochiales*, vulgo *Pfarrhæuser*, quae sunt *aedes vsui parochi destinatae*, et 2) *domus vsui aedituorum relictae*. In his aedibus *ius beneficii* competit; nec ad eas natura habitationis, vsus et vsusfructus omnimode applicari potest, BOEHMER cit. *lib. III. tit. V.* §. 159. Dissentit, dum vsum compedere credit, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 152. *n.* 11. et 12. *def.* 353. *n.* 6 seqq. *def.* 354. *n.* 6. et LYNCKER diss. *de habitat. sect. VII.* §. 3. qui habitationem ministris ecclesiae tribuit.

§. CCCXXXX.

Iura clerici in aedes commodo suo relictas.

Vi huius iuris beneficiarii *clericis a*) *omnia aedium commoda sunt indulgenda*, et, si tabernae sub iis repëriuntur, harum quoque vtilitas haud deneganda, nisi speciatim inuestitura sint exceptae, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 190. *n.* 1. b) ipsi *aedes parochiales aliis locare possunt*, *id. ib. n.* 2. nisi hoc ius restrictum sit in ordinationibus ecclesiasticis, LYNCKER *de habitat. sect. VII. cap.* 2. multo magis c) *aedes, quae in ecclesiis filiabus reperiuntur*, quas ipsi inhabitare nequeunt, *aliis locant*, BOEHMER *iur. paroch. sect. V. cap. II.* §. 18. conf. CARPZ. *iurispr.*

confist. lib. II. def. 353. d) *collapsis his aedibus, ius clerici haud amissum*, sed ex aerario ecclesiastico, et, in subsidium, a parochianis facienda est restitutio, BOEHMER cit. *iur. paroch. sect. VII. cap. III.* a quo nec filialistae exemti, nisi suas habeant aedes parochiales: hoc enim in casu proprias solum reficiunt, et ad refectionem aedium in matre existentium haud sunt obstricti *id. ibid.* §. 8.

§. CCCXXXXI.

De iure repetendi sumtus in refectione aedium factos.

Si ipse clericus reficit aedes, repetere potest sumtus. Quae tamen *repetitio saepe difficilis euadit*, si dissensus oritur, α) quis ad reparationem obstrictus sit; β) vtrum modus in ordinationibus ecclesiasticis determinatus obseruatus; vel γ) consensus consistorii et superintendentis, vel δ) ipsius ecclesiae patroni sit neglectus; vel, ε) quod clericis omnis aedificandi potestas in legibus ecclesiasticis sit interdicta, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V. §.* 162.

§. CCCXXXXII.

Reliqua iura aedium parochialium.

Porro inter iura aedium parochialium referri debet, quod e) *fartae et tectae seruari debeant*, ita vt haud raro modicas impensas ex propriis ferre debeat

beat clericus, *cap.* 1. *X. de eccles. aedif.* STYPMANN *de salar. cleric. cap.* VIIII. *n.* 3. *seqq.* et BOEHMER *iur. paroch. sect.* VII. *cap.* III. §. 4. ad maiores vero haud obligatus, BOEHMER cit. loc. *sect.* V. *cap.* II. §. 19. f) *onus exstruendi et reparandi aedes ministrorum ecclesiae in subsidium a parochianis ferendum*, ita vt personale, non reale, dici debeat onus, *id. ibid. sect.* VII. *cap.* III. §. 9. Inde non-parochiani, licet praedia intra parochiam sita habeant, ad contributionem non adiguntur, KLOCK *de contribut. cap.* X. *sect.* I. *n.* 26. seqq. nisi in subsidium, ob casum necessitatis, *id. ibid. n.* 71. *Parochiani* vero g) *hoc onus semper subeunt*, *licet in alio territorio domicilium habeant*, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 348. et h) pro ratione patrimonii in vrbibus, et praediorum in pagis distribui onera inter parochianos vult BOEHMER *iur. paroch. sect.* VII. *cap.* III. §. 9.

§. CCCXXXXIII.

Reliqua aedificia piis vsibus dicata enumerantur, et diuisio suppeditatur.

Praeter aedes pastoribus et aedituis destinatas plura aedificia piis vsibus dicata reperiri nullus dubitat. Qualia sunt 3) *scholae*, 4) *hospitalia*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXXVI. §. 34. 5) *xenodochia*, 6) *ptochotrophea*,

 7) *or-*

7) *orphanotrophea*, 8) *monasteria masculorum et virginum*, 9) *brephotrophea*, 10) *gerontocomia* et 11) *nosocomia, id. cit. lib. III. tit. XVI.* §. 4. Quorum iura conueniunt, ideoque simul explicari possunt. Etenim *circa has aedes respiciendum, vtrum auctoritate superioris exstructae et piis vsibus aestinatae, an vero priuato ausu erectae* sint: *priori* solum *casu domuum religiosarum numero accensendae, cap. 4. X. de domib. relig.* et BOEHMER cit. *lib. III. tit. XXXVI.* §. 35. et *in specie tales* distinctionis caussa dicendae; *posteriori* vero *profanae, id. ibid.* siue *laicales, Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. II. tit. XX.* §. 815. *n.* 1. quae inter res saeculares omnino referendae, BOEHMER cit. loc.

§. CCCXXXXIIII.

Iura domuum religiosarum in specie talium.

Quantum ad *domus religiosas in specie tales* (§. pr.); notes, quod a) inspectio suprema competat consistorio, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXXVI.* §. 44. b) magistratus, ob curam politiae, attendat, ne vtilitas vniuersitatis, quae per eas domus intenditur, impediatur, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. I. cap. VI. membr. XII.* §. 19. et c) patronus caueat, ne contra intentionem fundatoris quid suscipiatur, BOEHMER

MER cit. loc. §. 41. seq. d) officiales constituantur pro ratione instituti, *id. ib.* §. 40 et 45. qui, prout officii ratio suadet, *α)* iurant, β) cauent, *γ)* inuentarium conficiunt, *cap.* 2. *de relig. domib. in* 6. BOEHMER cit loc. §. 46. et § 53·56. et CARPZ. *iurispr. consist. lib. I. def.* 92. ipsi patrono, et hoc deficiente, consistorio, BOEHMER cit. loc. §. 59. seq. ita vt ne cum heredibus quidem mitius procedatur, quam cum ipso administratore faciendum fuisset. *nou.* 123. *cap.* 23. BOEHMER cit loc. §. 57. e) directores attendant, vt abusus tollantur, defectus emendentur et collapsa instituta reducantur, BOEHMER dict. loc. §. 47. f) ad fundatoris intentionem respiciendum in qualitate personarum, quae, et ad quod tempus, recipiendae sint, *id. ibid.* §. 51.

§. CCCXXXXV.

Iura domuum laicalium.

Sequuntur *domus laicales* seu *profanae pium vsum habentes* (§. CCCXXXXII.). Quae 1) vt aliae domus priuatae subsunt ei iudici saeculari, intra cuius districtum exstructae sunt, *Cel.* PERTSCH *elem. iur. can. lib. II. tit. XX.* §. 815. n. 2. 2) fundator curam earum aedium gerit, *Clem.* 2. *de relig. domib.* conf. *Cel.* PERTSCH cit. loc. *n.* 3. per consequens

 α) offi-

α) officiales constituit, et β) sibi rationes reddi postulat. 3) Vi imperii vero princeps cauet, ne ex eiusmodi instituto respublica, et in ea ipsa ecclesia detrimentum capiat, REINHARD *de iur. princ. circa sacra ante reform. cap.* IIII. 17.

§. CCCXXXXVI.

Coemeteriorum definitio et diuisio.

Haec de domibus religiosis sufficiant; ideoque pergo in recensendis rebus ecclesiae temporalibus in specie talibus. Quarum conceptus supra (§. CCCXXI.) exhibitus quadrat VIII.) ad *coemeteria*, vulgo *Gottesaecker*, quae sunt *agri sepulturis destinati.* Ipsa *sepultura*, *das Begraebniss*, hoc loco denotat *ritum mortuos terrae mandandi*, THOMASIVS diss. *de iur. princip. euang. circa solennia sepulturae* §. 2. Quod attinet 1) ad locum seu agrum, qui sepulturae dicatur; is vel auctoritate consistorii, vel sine eadem talis est. Illa sunt *coemeteria priuata*, haec *publica*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXVIII.* §. 13. et 15. Posteriora, prout templis cohaerent, vel separato loco erecta; vel *contigua*, vel *separata* dicuntur, BOEHMER cit. loc. § 14. Singularum specierum iura ita explicabo, vt diuersitatem et conuenientiam horum coemeteriorum eruam.

§. CCCXXXXVII.

§. CCCXXXXVII.

De coemeteriis priuatis.

Quod attinet 1) ad *coemeteria priuata* (§. pr.); notandum a) quod quaelibet vniuersitas sine consensu consistorii sibi constituere possit coemeterium, STRYK *vsu modern. digest. tit. de religios. et sumt. funer.* §. 12. modo b) emolumenta funeralia non subtrahantur ecclesiae parochiali, STRYK *ad* BRVNNEM. *ius eccles. lib. II. cap. II.* §. 12. *id.* STRYK *in vsu modern. digest. tit. de relig. et sumtib. fun.* §. 12. et c) constitutum dilatare aut ampliare, FINCKELTHAVS *de iur. patronat. cap. VI. n.* 149. Vtrumque tamen d) ex regulis prudentiae auctoritate principis suscipitur, vt agri tumulis defunctorum destinati ab oneribus publicis eximantur, BOEHMER *iur. paroch. sect. V. cap. III.* et *iur. eccles. prot. lib. III. tit. XXVIII.* §. 19. in fin.

§. CCCXXXXVIII.

Si 2) *coemeteria separata* constituuntur (§. CCCXXXXVI.); hoc fit a) ex aerario vniuersitatis, non ecclesiastico; b) gaudent iisdem iuribus, vti aliae res vniuersitatis, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXVIII.* §. 19. *n.* 1. c) locus aptus est eligendus; et d) membra vniuersitatis coguntur ad fundos in vsum coemeterii nouiter exstruendi vel amplian-

pliandi vendendos, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 383. e) ad eadem ordinaria loci, in quo reperiuntur, iurisdictio se extendit, BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 20. *n.* 2. Denique 3) *coemeteria contigua* (§. cit.) sunt *α*) accessoria eius templi, in cuius vicinia existunt, atque adeo *β*) iurisdictioni consistorii subiecta, *id. ibid.* *γ*) in pluribus ciuitatibus haec coemeteria satis prudenter sunt abrogata, et extra vrbem translata, *id. ibid.* §. 13. conf. LOEBER diss. *de sepult. in templis*, et HOFMANN diss. *de coemeteriis ex vrbe tollendis.*

§. CCCXXXXVIIII.

Quis in coemeterio sepulcrum erigere possit.

Conueniunt vero coemeteriorum iura, quod 1) ille, qui *membrum* illius *societatis, ad quam spectat coemeterium, ibidem consequi debeat locum*, BRUCKNER diss. *de sepultura gratis concedenda*, et 2) in subsidium *peregrinus in eo loco, quo mortuus est, sepeliendus*, praesertim si sine corruptionis periculo non potest deportari cadauer ad locum, in quo alias sepeliri debebat, *cap.* 3. *de sepult. in* 6. BOEHMER *iur. paroch. sect. IIII. cap II. §.* 4. in fin.

§. CCCL.

Sepulcrorum diuersitates.

Possunt quoque loca in coemeterio

rio seu sepulcra, 3) cuidam assignari, ita vt alii ibidem sepeliri nequeant. Ex quo diuisio *sepulcrorum in communia* et *priuata* intelligi potest, *Ill. Dn.* ENGAV *elem iur. eccl. lib. II. tit. XVII.* §. 274. *Priuata,* quae etiam *maiorum sepulcra* dicuntur, BOEHMER cit. loc. §. 14., vlterius differunt. Si quis enim pro se suaque familia, siue agnatis, vulgo *so eines Stammes, Namens, Schildes und Helmes seyn,* STRYK *in vsu moder. digest. tit. de relig. et sumt. funer. cap. II.* §. 5. et 6. adquisiuit sepulcrum, dicitur *familiare,* vulgo *Familienbegraebniss;* si quis vero pro se et heredibus suis obtinuit sepulcrum, *hereditarium,* vulgo *Erbbegraebniss,* appellatur, BOEHMER *iur. paroch. sect. IIII. cap. II.* §. 15. et *Ill. Dn.* ENGAV cit. loc.

§. CCCLI.

Quatenus quis alibi sepeliri possit.

Equidem 4) *quilibet in regula eo in loco sepeliendus est, vbi decedit,* CARPZ. diss. *de transport. defunct. per territ. alien. cap. IIII.* per tot. *nisi* a) voluerit alibi sepeliri, aut b) sepulcrum maiorum habuerit, *cap.* 1. *X. de sepult. et cap.* 2. in fin. *eod. in* 6. BOEHMER *iur. paroch. sect. IIII. cap. II.* §. 8. CARPZ. cit. diss. *cap. III.* per tot. modo *α*) parocho loci, vbi quis mortuus est, ratione iurium sto-

ſtolae non ſit fraudi; non tamen parochi locorum, per quae ducitur funus, honoraria exigunt, niſi conſuetudo hoc ſuadeat, vel actus liturgici expetantur, B. SCHAVMBVRG *comp. digeſt. lib. XI. tit. VIII.* §. 7. et β) magiſtratui eius loci, vbi defunctus, vt conſtet, an morte violenta perierit, et eorum locorum, per quae transportatio fieri debet, vtrum defunctus morbo contagioſo laborauerit, denunciatio eſt facienda, BESOLDVS *theſ. pract.* voce *Verführung der Verſtorbenen*, et STRYK *vſu modern. digeſt. tit. de relig. et ſumt. defunct.* §. 20.

§. CCCLII.

Quis excludatur ab vſu coemeterii, quia extra communionem eccleſiae decedit.

Quidam 5) *excluduntur ab vſu coemeterii, vel,* 1) quia ſunt extra communionem eccleſiae tempore mortis, *vel* 2) in poenam pro indignis, vt conſequantur locum in coemeterio, habentur. Ex priore fundamento deduci poteſt, cur in Chriſtianorum coemeteriis haud ſepeliendi ſint, a) *qui tempore mortis per excommunicationem omnibus iuribus membris eccleſiae competentibus priuati erant*, *cap.* 5. et 24. *X. de priuileg. cap.* 8. *ib. in* 6. quod proteſtantium ordinationibus confirmatum eſt, teſte BOEHMERO *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXVIII.* §. 30. ſeq. et §. 49. b) *infideles*,

can.

can. 27. et 28. *D.* 1. *de consecrat.* SCHILTER *praxi iur. Roman. exerc.* XXI. §. 32. et BOEHMER cit. loc. §. 40.

§. CCCLIII.

Ex eodem fundamento extra coemeterium sepeliuntur c) *baeretici*, *cap.* 8. *X. de haeret. cap.* 2. *eod. in* 6. et *cap.* 7. *X. de consecrat. eccles.* DEDEKENN *consil. theolog. vol. I. in append. de minister. sect. VII. n.* 7. et CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 383. seq. diss. BOEHMER cit. loc. §. 42. seq. modo hoc ad tres in Germania approbatas ecclesias inter se haud applicetur, ob expressam dispositionem, *instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 35. non habito respectu anni decretorii, BOEHMER cit. loc. §. 46. et FABRI *Stats-Canzelley tom. V. pag.* 6. *seq.* quod tamen a pontificiis valde negligitur, AVCTOR *medit. ad instrum. pac. Osnabr.* cit. loc. *pag.* 621. et ab ipsis protestantibus sub praetextu retorsionis.

Continuatio.

§. CCCLIIII.

In poenam extra coemeterium terrae mandantur defunctorum corpora (§. CCCLII. n. 2.) a) qui sunt *autochiri*, modo sibi ex malo proposito mortem intulerint, quorum cadauer a carnifice deiectum per fenestras in loco infami conditur, CARPZ.

Quis in poenam ab vsu coemeterii excludendus.

CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 376. *n.* 10. et 11. qualis dolus tamen sine sufficientibus signis assumi nequit, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXVIII. §. 52. et ZIEGLER *ad* LANCELOT. *lib.* II *tit.* XXIIII. §. 9. BOCRISIVS diss. *de iure circa sepulturam propricidarum*, et LVDOVICI diss. de *iure carnificum in bona propricidarum*: b) *cadauera eorum delinquentium*, *qui in reatu mortui sunt*, CARPZ. cit. loc. *def* 379. modo confessi et conuicti fuerint, BOEHMER cit. loc. §. 53. c) *eorum*, *qui in duellis perierunt*, *id. ibid.* §. 50. d) *punitorum*, *can.* 30. seq. *C.* 13. *q.* 2. *cap.* 2. X. *de furto*, *cap.* 5. X. *de raptor.* ZIEGLER cit. loc. §. 13. CARPZ. *prax. crim. quaest.* 137. *n.* 69. ABR. BEYER diss. *de cadaueribus punitorum.*

§. CCCLV.

Minus genuinae caussae excludendi ab vsu coemeterii.

Minus adaequata caussa excludendi corpora defunctorum a coemeterio reperitur 1) *in vsurariis*, BOEHMER *iur. eccl. lib.* V. *tit.* XVIIII. §. 46. *n.* 1. 2) *furibus in flagranti delicto occisis*, nisi ante mortem confessi sint, BOEHMER cit. *lib. V. tit. XVIII.* §. 23. *n.* 1. 3) *in infantibus ante baptismum mortuis*, *S. V.* WALCHIVS diss. *de fide infantum in vtero*, STRYK *ad* BRVNNEM. *ius eccl. lib. II.*

II. *cap.* II. §. 12. ad voc. *ad loca relig.* DEDEKENN *conf. theol. vol.* I. *in append. de minister. sect.* VII. *n.* 3. quod nec euangelicis denegari potest, si cum pontificiis communi gaudent coemeterio, FABRI *Staats-Canzelley tom.* V. *pag.* 7. quia nihil augustanae confessioni addictis iniungi potest, quod eorum religionis dogmatibus repugnat, *instr. pac. Osnabr. art.* V. §. 48. Neque denegari potest locus in coemeterio 4) *iis, qui in tormentis perierunt*, BOEHMER cit. loc. §. 50. *n.* 5. et *lib.* V. *tit.* XIII. §. 6.

§. CCCLVI.

Sepulturae definitio et diuisio.

Locus coemeterii, de quo hactenus egimus, vi definitionis, quam de coemeterio supra (§. CCCXXXXVI) suppeditauimus, destinatus est sepulturae. Hinc ducimur 2) ad *iura circa sepulturam statuta. Ritus mortuos terrae mandandi* seu *sepultura* (§. cit.) *differt*, prout in coemeterio, vel extra illud sepelitur defunctus: hoc casu est *sepultura inhonesta*, et priori casu *honesta. Illa* si per carnificem in loco infami suscipitur, *canina* seu *asinina*; si vtrumque omissum, *ignominiosa* dicitur *sepultura. Honesta* prout adhibitis ritibus liturgicis, vel iis omissis instituitur, *solennis* aut *minus solennis* sepulturae denomina-

X tio-

tionem sortitur, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib.* III. *tit.* XXVIII. §. 21. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 375. *n.* 3. *seqq.* et *def.* 382. *n.* 1. *seqq.* THOMASIVS diss. *de iur. princ. euang. circa solennia sepult.* §. 3. et ZIEGLER *ad* LANCELOT. *lib.* II. *tit.* XXIIII. §. 9.

§. CCCLVII.

Iura circa sepulturam notanda.

Iura, quae *circa has sepulturas* notari debent, sunt 1) quod iudex criminalis imponat asininam sepulturam, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXVIII. §. 36. KVLPIS *de iure circa cadau. occis.* b) Ad consistorium pertinet cognitio circa reliquos sepeliendi modos, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 378. *n.* 6. *def.* 382. *n.* 3. 6. seq. et SCHILTER *inst. iur. can. lib.* II. *tit.* XIIII. §. 4. non vero ad parochos, BOEHMER *iur. paroch. sect.* IIII. *cap.* II. §. 16. 3) Princeps, si vult, ipse, vel per collegia politica, modum sepeliendi determinare potest, THOMASIVS diss. *de iure princ. euang. circa solennia sepulturae* §. 10. seqq. 4) Solennis sepultura ob actus liturgicos merito refertur ad cultum diuinum externum, BOEHMER *iur. paroch.* cit. loc. §. 1. 5) Minus solennis sepultura inter poenas referri nequit, sed ob paupertatem, vel volun-

luntatem defuncti eorumque, qui curam funeris gerunt, suscipitur; 6) inhonesta vero semper poenae loco est, BOEHMER cit. loc. §. 16.

TIT. II.
DE IVRE BONORVM ECCLESIASTICORVM.

SECTIO I.
DE BONIS ECCLESIASTICIS GENERATIM.

MEDITATIO I.
DE ACQVISITIONE BONORVM ECCLESIASTICORVM.

§. CCCLVIII.

Bonorum ecclesiasticorum definitio et synonyma.

Bona ecclesiastica, vulgo *Kirchengüter*, eum habent finem, vt onera societatis ecclesiasticae inde ferantur (§. CCCXX.), conf. LINK diss. *de iur. templor. cap.* IIII. §. 1. et in legibus variis insigniuntur denominationibus. Nimirum α) ob vsum, quem praebebant in primitiua ecclesia, dicuntur *bona* et *pa-*

trimonium pauperum, can. 28. *C.* 12. *q.* 1. *can.* 24. *C.* 12. *q.* 1. *can.* 59. et 66. *C.* 16. *q.* 1. *cap.* 2. X. *de rebus eccl. non alien.* conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* I. §. 46. et *tit.* V. §. 14. β) *bona deo relicta*, *data* aut *dicata*, item *consecrata*, *id.* cit. *tit.* V. §. 16. γ) *possessio*, *patrimonium* et *pecunia dei*, vel *Christi*, *can.* 65. *C.* 16. *q.* 1. *cap.* 34. *de elect. in* 6. *cap.* 16. X. *de praebendis et dignit. can.* 1. et 6. *C.* 12. *q.* 2. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 299. et BOEHMER cit. loc. §. 17. et 18. et δ) *bona spiritualia*, *cap.* 25. X. *de praebend. et dignit.* BOEHMER cit. loc. §. 19. et *lib.* III. *tit.* XIII. §. 2. et *iur. paroch. sect.* V. *cap.* III. §. 3. seq.

§. CCCLVIIII.

Singularia acquisitionis ecclesiae inter viuos,

Sicuti res secundum iuris dispositionem acquiri debent; *eadem ratione acquisitio bonorum ecclesiasticorum comparata est.* Quaedam tamen singularia legibus statuta sunt, si rem ecclesia acquirere conatur, quae hac in meditatione paullo penitius enucleanda. *Si* enim *ecclesia bona acquirit* I.) *inter viuos*; admittitur a) *donatio* ecclesiae facta α) *quingentos solidos excedens*, licet nulla interuenerit insinuatio iudicialis, *cap.* 11. X. *de testam.* LINK diss. *de iur. templor. cap.* IIII. §. 2. dissent. BOEHMER *iur. paroch. sect.*

sect. V. *cap.* I. §. 12. et β) sola promissione donationis eccelsia consequitur rei donatae dominium, licet neque acceptatio ecclesiae, *l.* 3. *pr. D. de pollicit.* WILDVOGEL *de imput. culpae propr. cap.* III. §. 16. nec traditio accesserit, *l.* 23. *C. de S. S. eccles.* et BRVNNEM ad h. leg., *l.* 50. *D. de rei vindicat.* BOEHMER cit. loc. §. 13. et b) generatim volunt DD., quod ecclesia acquirat *solo pacto*, licet nulla superuenerit traditio, LINK cit. loc. §. 3. seqq. cui accedit, c) quod *res pecunia ecclesiae emta ecclesiae acquiratur*, licet emtor sibi eam rem emere voluerit, *can.* 4. *C.* 12. *q.* 5. et *cap.* 1. X. *de pecul. cleric.* LINK cit. loc. §. 15.

§. CCCLX.

et mortis caussa.

Plura obueniunt singularia, si de iure acquirendi ecclesiae II.) *mortis caussa* quaestio est. *Potest* enim *ecclesia* a) *in testamento heres valide institui*, licet α) *minus solenniter* conditum sit, modo coram duobus testibus confectum, *cap.* 11. X. *de testam.* MEVIVS ad *ius Lubecense part.* II. *tit.* I. *art.* 2. *n.* 56. si vero nec duo testes adhibiti, licet ex scriptura de intentione testatoris satis constet, non valet vltima voluntas, MEVIVS cit. loc. et CARPZ. *defin. forens.*

 part.

trimonium pauperum, can. 28. *C.* 12. *q.* 1. *can.* 24. *C.* 12. *q.* 1. *can.* 59. et 66. *C.* 16. *q.* 1. *cap.* 2. X. *de rebus eccl. non alien.* conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* I. §. 46. et *tit.* V. §. 14. β) *bona deo relicta, data* aut *dicata*, item *consecrata*, *id.* cit. *tit.* V. §. 16. γ) *possessio, patrimonium* et *pecunia dei*, vel *Christi, can.* 65. *C.* 16. *q.* 1. *cap.* 34. *de elect. in* 6. *cap.* 16. X. *de praebendis et dignit. can.* 1. et 6. *C.* 12. *q.* 2. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 299. et BOEHMER cit. loc. §. 17. et 18. et δ) *bona spiritualia, cap.* 25. X. *de praebend. et dignit.* BOEHMER cit. loc. §. 19. et *lib.* III. *tit.* XIII. §. 2. et *iur. paroch. sect.* V. *cap.* III. §. 3. seq.

§. CCCLVIIII.

Singularia acquisitionis ecclesiae inter viuos,

Sicuti res secundum iuris dispositionem acquiri debent; eadem ratione acquisitio bonorum ecclesiasticorum comparata est. Quaedam tamen singularia legibus statuta sunt, si rem ecclesia acquirere conatur, quae hac in meditatione paullo penitius enucleanda. *Si* enim *ecclesia bona acquirit* I.) *inter viuos*; admittitur a) *donatio* ecclesiae facta α) *quingentos solidos excedens*, licet nulla interuenerit insinuatio iudicialis, *cap.* 11. X. *de testam.* LINK diss. *de iur. templor. cap.* IIII. §. 2. dissent. BOEHMER *iur. paroch. sect.*

sect. V. *cap.* I. §. 12. et β) sola promissione donationis eccelsia consequitur rei donatae dominium, licet neque acceptatio ecclesiae, *l.* 3. *pr. D. de pollicit.* WILDVOGEL *de imput. culpae propr. cap.* III. §. 16. nec traditio accesserit, *l.* 23. *C. de S. S. eccles.* et BRVNNEM ad h. leg., *l.* 50. *D. de rei vindicat.* BOEHMER cit. loc. §. 13. et b) generatim volunt DD., quod ecclesia acquirat *solo pacto*, licet nulla superuenerit traditio, LINK cit. loc. §. 3. seqq. cui accedit, c) quod *res pecunia ecclesiae emta ecclesiae acquiratur*, licet emtor sibi eam rem emere voluerit, *can.* 4. *C.* 12. *q.* 5. et *cap.* 1. X. *de pecul. cleric.* LINK cit. loc. §. 15.

§. CCCLX.

et mortis caussa.

Plura obueniunt singularia, si de iure acquirendi ecclesiae II.) *mortis caussa* quaestio est. *Potest* enim *ecclesia* a) *in testamento heres valide institui*, licet α) *minus solenniter* conditum sit, modo coram duobus testibus confectum, *cap.* 11. X. *de testam.* MEVIVS ad *ius Lubecense part.* II. *tit.* I. *art.* 2. *n.* 56. si vero nec duo testes adhibiti, licet ex scriptura de intentione testatoris satis constet, non valet vltima voluntas, MEVIVS cit. loc. et CARPZ. *defin. forens.*

part. III. *conft.* IIII. *def.* 33. diff. RICHTER *part.* I. *dec.* 28. *n.* 15. *seq.* ε) si heredi in fauorem ecclesiae aliquod onus impositum; ille *nec quartam Trebellianicam, nec Falcidiam deducere potest*, *auth. similiter C. ad leg. Falcid.* LINK diss. *de iur. templor. cap.* IIII. *n.* 9. quod vtique cessat, si heres grauatus sit ecclesia, quia hoc casu heres est aeque priuilegiatus, contra quem allegatio priuilegii locum habere nequit, LINK cit. loc.

§. CCCLXI.

Continuatio.

Priuilegiis ecclesiae, quibus gaudet in successione testamentaria, annumerari debet, γ) quod *ex incerta* quoque *institutione* acquirat hereditatem, *l. vlt. C. de S. S. eccles.* et *nou.* 131. *cap.* 9. in fin. LINK diss. *de iur. templor. cap.* IIII. §. 10. et legata, *can.* 114. *C.* 1. *q.* 1. LINK cit. loc. §. 15. *Ecclesia* quoque *succedit* b) *ab intestato clerico*, qui sine heredibus legitimis, testamentariis atque pactitiis decedit, *nou.* 131. *cap.* 13. *l.* 20. et *auth. licentiam C. de episcop. et cleric.* conf. Ill. BRENDEL *de successione ecclesiae in ministri sui bona*, et LINK cit. loc. §. 11. *Ratio*, cur acquisitiones ecclesiae tantis gaudeant priuilegiis, in eo quaerenda, quod ad facilitan-

tandam finis ecclesiae promotionem eiusdem bona potius augenda, quam minuenda sint, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II def.* 298.

MEDITATIO II.
DE
ADMINISTRATIONE BONORVM ECCLESIASTICORVM.

§. CCCLXII.

Administrationis definitio, diuisio, et dicendorum series.

Administratio bonorum ecclesiasticorum est *cura borum bonorum eo directa, vt conseruentur, et ad vsus, quibus destinata sunt, conuertantur.* Haec *bona* si *clericis in beneficium assignata* seu *dotalia* sunt; *qualificata* dicitur *administratio*, quae ipsi clerico incumbit, qui a ratiorum redditione liber est, BOEHMER *iur. par. sect. VI. cap. I.* §. 1. et *cap. II.* §. 8. si clericis non assignata sunt bona; eorum *administratio* appellatur *simplex*, *id. ibid.* et § 16. in fin. De hac nobis erit sermo, ita vt accuratius inquiratur 1) in *constitutionem administratoris bonorum ecclesiasticorum*. et 2) in *obligationes curatoris.*

§. CCCLXIII.

A quo

Quod I.) ad *constitutionem admini-*

 stra-

administratores constituendi. *stratoris* attinet (§. pr. n. 1.): *ille, cui haec cura demandatur, et rationes ideo reddere debet*, audit *curator rerum ecclesiasticarum, praefectus ecclesiae, Kirchen-Vater* vel *Vorsteher*, LINK diss. *de iure templor. cap. IIII.* §. 26. De quibus curatius considerandum, a) *quis curatorem* bonorum ecclesiae *constituere possit*, et b) *quis constituendus*. *Constitutionem suscipit ipsa societas ecclesiastica*, sicuti alia collegia hoc iure gaudent, nisi probare possit, quod hoc ius patrono, vel alii reliquerit, BOEHMER *iur. par. sect.* VI. *cap.* I. §. 19. Eadem ratione ipsa ecclesia vnita per exaequationem vel subiectionem (§. CLXXIII.) sibi administratores constituit, *id. ib.* §. 28. Semper tamen consistorio relinqui debet confirmatio huius constitutionis susceptae, *reform. polit. de anno* 1548. et 1577. *tit.* 31. BOEHMER cit. loc. §. 20.

§. CCCLXIIII.

Quid circa eos, qui administratores constituuntur, notandum. *Administratores* bonorum ecclesiasticorum (§. pr. lit. b.) a) *tot constituuntur, quot administrationi huic sufficiunt*, BOEHMER *iur. paroch. sect.* VI. *cap.* I. §. 22. semper vero sint b) *pii, solertes, rerumque expertes*, et *boni patres familias*, *id. ib.* §. 23. nec non tales, *quorum bona nondum oppignorata sunt*, *id. ib.* §. 27.

§. 27. c) *ex parochianorum numero*, *id. ib.* §. 24. qui etiam d) *cogi poſſunt ad ſuſceptionem muneris adminiſtratorii*, quia vt membra eccleſiae ad onera ſubeunda ex voluntate maioris partis obligati ſunt, *id. ib.* §. 26. *niſi* e) *iuſtam excuſandi cauſſam allegare poſſit vnus alterue*, quas ex qualitate adminiſtrationis diiudicare arbitrio iudicis relictum: qualis imperitia litterarum haud immerito dicenda, *id. ib.* §. 27.

§. CCCLXV.

Quomodo bona eccleſiae augeri, diſpenſari, et conſeruari debeant.

Sequitur II.) ipſa *obligatio adminiſtratorum eccleſiae* (§. CCCLXII. n. 2.), quae ad *tria capita* reuocari poteſt. *Debent* nimirum *praefecti eccleſiae* 1) *bona debito modo augere*, *prudenter diſpenſare*, et *ſollicite conſeruare*; 2) *rationes reddere*, ac 3) *reliqua cum omni cauſſa reſtituere*. Ex prioribus adminiſtratoris obligationibus ſequitur, vt *curare debeat* a) *refectionem templorum* et *aedium ad eccleſiam ſpectantium*, BOEHMER diſſ. *de iure et onere refic. eccleſ.* et in *iur. paroch. ſect.* VI. *cap.* II. §. 22. b) *alienationem rerum eccleſiaſticarum*, et quidem α) earum, quae ſeruando ſeruari nequeunt, ſine vllis ſolennitatibus, BOEHMER *iur. paroch.* cit. loc. §. 25. β) reliquarum vero, ſi iuſta cauſſa alienationem ſuadeat,

et solennitates in iure praescriptae (§. CLXII.)] obseruatae sunt, *can.* 52. *C.* 12. *q.* 2. CARPZ. *iurispr. consist. lib. I. def.* 300. STRYK in not. *ad* BRVNNEM. *ius eccl. lib. II. cap. III.* §. 3. LINK *de iure episc. cap. X.* §. 36. RICHTER *dec.* 13. *n.* 11. et MEVIVS *decis.* 84.

§. CCCLXVI.

Continuatio.

Ex eadem obligatione administratoris deduci potest, c) *quod ecclesiae pecuniam otiosam relinquere non debeat*, CARPZ *iurispr. consist. lib. II. def.* 319; nec integrum est, eam gratis elocare, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XVI.* §. 11. multo minus remittere vsuras, BOEHMER *iur. paroch. sect. VI. cap. II.* §. 16 sique negligens sit in exigendis nominibus ab ipso administratore, vel eius antecessoribus contractis, damnum resarcire debet, BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 13. et *iur. paroch.* cit. loc. §. 11. et 12. et vt solutionem eiusmodi debiti plenissima securitas sequatur, iudicialis sententia et decretum solutionem praecedat, *arg.* §. 2. *instit. quib. alien. licet, vel non*, BOEHMER *iur. eccl. prot.* cit. loc. §. 14. BERLICH. *dec.* 78. *n.* 4. d) *quod rebus ecclesiae venditis fidem de pretio habere nequeat, et ante eius solutionem dominium rei alienatae*

tae pro translato non sit reputandum, BOEHMER *iur. paroch.* cit. loc. §. 29.

§. CCCLXVII.

Vlterior continuatio.

Neque minus ex hac administratoris obligatione sequitur, *vt* e) *transigere nequeat super rebus immobilibus ecclesiae sine decreto magistratus*, LYNKER *in com. ad ius ciuil. tit. de* transact. §. 6. in fin. BOEHMER *iur. paroch. sect. VI. cap. II.* § 30. f) *de legitime acquirendis bonis ecclesiasticis laborare debeat*, CARPZ. *iurispr. consist. def.* 298. *numquam* vero g) *ipse res ecclesiasticas valide emat*, *auth. quibuscumque C. de S. S. eccles. et* BOEHMER cit. loc. §. 36. non vero ipsi prohibitum, durante administratione sibi acquirere bona, *id. ib.* §. 37.

§. CCCLXVIII.

De inuentario.

Me conuerto ad *obligationem administratorum bonorum ecclesiae reddendi rationes* (§. CCCLXV. *n.* 2.). Vi huius obligationis obstricti sunt 1) ad *inuentarii* confectionem, quod a) necessario conficiendum, *reform. polit. de anno* 1548. *tit.* 31. quia hoc caput et fundamentum omnium rationum est, MEVIVS *part. VI. decis.* 180. *n.* 1. b) duplicis generis est, quorum alterum continet omnes res ecclesiae temporales, quod *gene-*

generale; alterum descriptionem earum rerum, quae ad singulares res ecclesiasticas, v. c. aedes parochiales, pertinet, quod *speciale* appellatur *inuentarium*, STRYK in not. *ad* BRVNNEM. *ius eccles. lib.* I. *cap.* III. §. 7. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* I. *def.* 157. seq. c) *generale*, quod supponitur in rationibus a curatoribus reddendis, ad nostrum institutum pertinet, et iudicialiter conficiendum, conf. BOEHMER *iur. paroch. sect.* VI. *cap.* II. §. 9.

§. CCCLXVIIII.

De ipsis rationum libris.

Praeter inuentarium administratores 2) *librum rationum*, *seu codicem*, *qui data et accepta continet*, conficere debent, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 314. De quibus notes, quod a) eorum omissio perfidiae suspicionem producat MASCARD *de probat. vol.* I. *concl.* 531. *num.* 80. STRVV. *synt. iur. ciuil. exerc.* 19. *th.* 16. b) in illis reditus annui, vsurae, pensiones, aliique fructus exprimendi, ita vt ecclesiae de restantibus simul constet, BOEHMER *iur. paroch. sect.* VI. *cap.* II. §. 10. c) accepta et expensa summatim et in folle exprimere haud sufficiat, MEVIVS *part.* VIII. *dec.* 178. d) eos ordo exactus maxime commendet, BOEHMER cit.

cit. loc. e) apud ecclesiam, vel curatores, sint custodiendi, CARPZ. cit. loc. *def.* 315. f) quotannis reddendae rationes sint, *reform. polit. de anno* 1548. *tit.* 31. BOEHMER cit. loc. *cap.* III. §. 1.

§. CCCLXX.

Quid restituere debeant administratores finita administratione.

Denique inter obligationes administratoris bonorum ecclesiae referri debet, *quod finito officio suo reliqua cum omni caussa restituere debeat* (§. CCCLXV. n. 3.). In *reliquis* illis numeranda est non solum *ipsa substantia rerum ecclesiasticarum* curae administratoris demandata, quatenus legitime haud alienata; sed etiam *omnia consectaria ipsius substantiae*, quatenus expensas legitimas excedunt. Sub *caussa omne id* intelligitur, *quod rei intuitu debetur.* Quo pertinet damnum ab administratore bonis ecclesiasticis illatum, siue dolose, BOEHMER *iur. paroch. sect.* VI. *cap.* III. §. 14. et MEVIVS *part.* VIII. *dec.* 21. quo casu simul ad poenam obligatur, BOEHMER cit. loc. §. 18. et SIMON *de perfid. administrat.*; siue culpose ecclesiae praeiudicium illatum sit, BOEHMER cit. loc. *cap.* II. §. 24.

§. CCCLXXI.

Obseruationes.

Circa has administratorum obligationes

nes notandum, quod a) earum intuitu omnia bona administratoris tacite cum iure praelationis sint oppignorata, STRYK *ad* BRVNNEM. *ius eccles. lib. II. cap. XV.* §. 31. et BOEHMER *iur. paroch. sect. VI. cap. III.* §. 13. b) reliquae administratorum bonorum ecclesiasticorum obligationes conueniant cum iis, quae in curatoribus minorennium locum inueniunt, *cap. 6. X. de pignor.* et *Clem. 2. de relig. domib.* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XVI.* §. 25. et MEVIVS *part. II. def.* 295.

MEDITATIO III.

DE

IVRIBVS BONORVM ECCLESIASTICORVM COMMVNIBVS.

§. CCCLXXII.

In cuius proprietate sint bona ecclesiastica.

Conueniunt quoque bona ecclesiastica in eo, quod variis instructa sint iuribus. Etenim 1) *in proprietate societatis ecclesiasticae reperiuntur*, BOEHMER *iur. paroch. sect. V. cap. III.* §. 4. et *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 30. licet principi illud ius supremum, quod eidem in reliqua subditorum bona competit, nec in ecclesiasticis negari possit,

ſit, *id. ib.* §. 31. vi cuius imperii a) praecauere poteſt, ne his bonis reipublicae noceatur. eaque b) in vſum reipublicae conuertere, ſi *α*) illud inſtitutum exoleuit, cui deſtinata erant, *β*) coetus eccleſiaſticus exſtinctus, vel *γ*) ſuperſtitioſum habent finem, BOEHMER cit. *lib.* III. *tit.* XIII. §. 54.

§. CCCLXXIII.

Quaedam alia iura bonorum eccleſiaſticorum.

Inter iura bonorum eccleſiaſticorum vlterius referri debet, quod 2) *de eorum augmento laborandum ſit*, quum inſufficientia aerarii eccleſiaſtici haud leue praebeat impedimentum in promouendo fine eccleſiae, CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib.* II. *def.* 298. 3.) *res pecunia eccleſiaſtica comparata acquiratur ipſi eccleſiae*, licet huius nomine non fuerit emta, *can.* 4. *C.* 12. *q.* 5. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XVII. §. 8 et BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* XV. §. 1. 4) *exemta ſint a iurisdictione ſaeculari*, BOEHMER *iur. paroch. ſect.* V. *cap.* III. §. 6. Quod tamen a) non ex iure diuino, ſed humano deriuandum, ZIEGLER *de dote eccl. cap.* XII. §. 22. b) nec excludit arbitrium principis, vtrum ipſe, an per qualemcumque in cauſſis res eccleſiaſticas reſpicientibus cognoſcere velit, *id. ibid.* §. 23. c) nec extendi poteſt ad bona

bona ab ecclesia acquisita, quae antea saeculari iudici subiecta erant, nisi hic consentiat, *id. ib.* §. 29. seq. et BOEHMER cit. loc. §. 21.

§. CCCLXXIIII.

De bonorum ecclesiasticorum praescriptione.

Itidem ex priuilegiorum bonis ecclesiasticis competentium numero est, quod 5) *bona ecclesiastica quadraginta annorum spatio demum praescribi possint, cap.* 4, 6, 8, 9. et CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 300. HORN *iurispr. feudal. in* append. pag. 169. seqq. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* XI. et elapso hoc tempore adhuc intra quadriennium restitui possit, *Clem. un. de restit. in integr.* et *arg. cap.* I. X. *eod.* BERGER *resolut. ad* LAVTERB. *tit. de vsurpat.* pag. 716. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* II. *tit.* XXVI. §. 49.

§. CCCLXXV.

De libertate ab oneribus.

Denique ex iuribus singularibus bonorum ecclesiasticorum esse puto, quod 6) *ab oneribus sint immunia, l.* 5. *C. de SS. eccl.* desumta ex l. 40. *cod. Theod. de episcop. et cleric.* ZIEGLER *de dote eccl. cap.* 12. §. 55. et MVLLER diss. *de immunit. praedior. eccles. a munerib.* §. 18. seqq. Quod tamen restrictum est ratione a) onerum ad instructionem itinerum

nerum et pontium necessariorum, per *l.* 7. *C. de SS. eccles.* b) bonorum, quae dotis necessariae caussam haud sustinent, quippe quae cum sua pristina qualitate et oneribus in ecclesiam transeunt; nisi forsan specialiter eximantur, ZIEGLER cit. loc. §. 41. et BOEHMER *iur. paroch. sect. V. cap. III.* §. 11. c) casus vrgentissimae necessitatis, MAVRITIVS diss. *de saecularisat. cap. IIII.* et SCHILTER *de libert. eccles. german. lib. VII. cap. II.* §. 10. quae adest, si laici soli necessitati subleuandae haud sufficiunt, ZIEGLER loc. cit. §. 61. et BOEHMER cit. loc. §. 16. seq. LINCK diss. *de iur. templor. cap.* III. §. 54.

Sectio II.
DE
IVRIBVS, QVAE SINGVLIS BONORVM ECCLESIASTICORVM SPECIEBVS PROPRIA SVNT.

Medit. I.
DE
REDITIBVS ECCLESIAE EX PROPRIIS REBVS.

§. CCCLXXVI.

Bonorum ecclesiasticorum differentia.

Explicatis iuribus *bonorum ecclesiasticorum* communibus, sequuntur eorum *diuersitates*. Differunt *ratione destinationis*. Si enim bona ecclesiastica officio clerici ita deputata, vt instar salarii sint, dicuntur *dotalia*: reliqua omnia *bonorum ecclesiasticorum communium* appellatione veniunt, LYNCKER *vol. I. resp. II. n.* 47. seqq. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. III.* §. 19. De illis notes velim, quod a) pro diuersitate clerici, cui assignata sunt, *bona mensalia ad mensam episcopi* aut *capituli pertinentia*, vulgo *Tisch- und Tafelgüter der Bischoeffe und Praelaten*, *Pfarrgüter*, et sic porro, nominentur, BOEHMER cit. loc. §. 19. seq. et *lib. II. tit. XXVI.* §. 25.

b) pro-

b) prout clericus, cui aſſignantur, eorum bonorum intuitu imperatori et imperio vnice ſubordinatus, vel domino territoriali; *immediata* vel *mediata* vocari debent, BOEHMER cit. loc. *lib. III. tit. V.* §. 123. ſeqq.

§. CCCLXXVII.

Nexus dicendorum.

Quaenam iura et obligationes competant in bonis dotalibus ipſis clericis ſupra (lib. I. cap. I. per tot.) fuit explicatum; et ea, quae eccleſiae, intuitu bonorum communium, tribuenda ſunt, ex praecedentibus (ſect. 1.) illuſtrantur. Supereſt, vt paullo vberius conſideretur, *eccleſiam bona vtriusque generis colligere*, partim 1) ex *propriis rebus*, partim 2) *ex aliorum poſſeſſionibus*. De ſingulis ſeorſim erit dicendi locus.

§. CCCLXXVIII.

De reditibus ex ſubſelliis.

Inter reditus, quos eccleſia ex propriis rebus colligit, numerari debet illud, quod conſequitur I.) *pro ſubſelliis.* Quod enim ſubſelliorum vſus variis ſub conditionibus concedi poſſit, ſupra (§. CXX. *n.* 1.) probatum fuit. De his ſubſelliis hoc loco notatu dignum, quod 1) habeantur pro re immobili, BRUNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. II. §.* 11. quia rei immobilis, templi nimirum

pars et accessorium sunt, HAHN *ad* WESENBEC. *tit. de rer. diuis. n.* 4. 2) eorum proprietas ad ecclesiam semper pertineat, et vsus tantum parochianis tribui possit, BOEHMER *iur. paroch. sect. V. cap. II. n.* 1. 3) ille, qui asserit, sibi iure hereditario vsum concessum fuisse, assertum suum probare debet, PHILIPPI *de iure subsell. cap. I. §.* 10. MEVIUS *part. V. decis.* 408. *n.* 2. 4) merces, quae pro subsellio ecclesiae datur, differt α) secundum qualitatem subsellii, et β) diuersitatem conditionis, sub qua eiusdem vsus permittitur, et 5) non facile augenda est, BOEHMER cit. loc. *n.* 2.

§. CCCLXXVIIII.

et ex concessione sepulcrorum, et de reditibus ex rebus reliquis non-fungibilibus.

Ex propriis bonis commoda percipit ecclesia II.) *per concessionem sepulcrorum familiae et hereditatis* in coemeteriis ad ecclesiam pertineutibus et ipsis ecclesiasteriis. Hoc enim fieri, experientia et dicta (§. CCCL.) comprobant: III.) *per fundos ecclesiasticos* cuiuscumque generis; quippe quos vel locari (§ CLXXXXI.), vel per administratores fructus exinde colligi, vel alio modo in commodum ecclesiae conuerti posse, nemo in dubium vocabit; IIII.) *per res reliquas non-fungibiles*, quae aliis pro certo onere conceduntur.

§. CCCLXXX.

§. CCCLXXX.

De annuis reditibus.

Res fungibiles, quarum vſus aliis conceditur, ſeu *ſors*, variis ſub conditionibus relinqui poteſt. Si enim 1) pretium ſolutum, vt ab accipiente merx quotannis praeſtetur, adſunt *annui reditus*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. V. tit. XVIIII.* §. 48. *Hi reditus* a) originem debent legibus pontificiis, quae perceptionem vſurarum prohibuerunt, *id. ibid.* §. 24, et 57. et FRANZKIVS *lib. I. reſ* 1. *n.* 55. b) ad legitimum vſurarum modum reſtricti ſunt, *reform. polit. de anno* 1538. *tit.* 26. §. vlt. *de anno* 1548. *tit.* 17 in fin. *de anno* 1577. *tit.* 17. §. 9. et *de anno* 1600. §. 30. c) vna praeſcriptione haud tolluntur; ſed ſingulorum annorum praeſtationes ſeparata egent praeſcriptione, niſi exactio et denegatio obuenerit, *l.* 7. §. vlt. *C. de praeſcript.* 30. *vel* 40. *annorum*, B. SCHAVMBVRG *comp. digeſt. lib. XXII, tit. I.* §. 10. lit. b.

§. CCCLXXXI.

Continuatio.

De his *annuis reditibus* porro notandum, quod d) vel *perſonales*, vel *reales*, quorum illi reprobati ſunt, *extrau. commun.* 1. et 2. *de emt. vendit.* BOEHMER *iur. eccl. prot. V, tit. XVIIII.* §. 52. et e) vel *redimibiles*, vel *irredimibi-*

mibiles sint. In his tamen, non obstante pacto, venditori facultas redimendi competit, GAILIVS *lib.* II. *obs.* 7. et CARPZ. *resp.* 107. *n.* 1. non vero emtor restitutionem pretii exigere valet, *ordin. polit. de anno* 1548. et *de an.* 1577. CARPZ. *defin. forens. part.* III. *const.* XIIII. *def.* 16.

§. CCCLXXXII.

De vsuris.

Praeter hos reditus ecclesia percipit 2) *commoda ob sortem cuidam concessam, sub conditione, vt praestentur vsurae*, quae sunt *compensatio vtilitatis ex aliena re fungibili perceptae*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* V. *tit.* XVIIII. §. 3. Quod enim ecclesia *a*) mutuum dare (§. CLXVIII.), et b) sibi vsuras stipulare valeat (§. cit. n. 1.) vidimus: ita vt c) frustraneum sit, defendere, ecclesiam petere vsuras, non vt vsuras, sed vt interesse, BOEHMER cit. loc. §: 24. dissent. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 319. *n.* 15. et 20. d) praesertim quum inter vsuras et id, quod interest, haud leuis reperiatur differentia, ipso fatente CARPZOVIO *lib.* III. *resp.* 50. *n.* 2. seqq. et *iurispr. consist.* cit. loc. *n.* 16. *conf.* BOEHMER *iur. paroch. sect.* VI. *cap.* II. §. 15. e) vltra modum haud valide eas exigere possit, *rec. imp. de anno* 1530. *tit.* 26. §. 8.

§. 8. et *de an.* 1577. *tit.* 17. CARPZ. cit. loc. *n.* 8. seqq. *f*) Si concursus creditorum oritur; ecclesia vsuras simul cum sorte in Saxonia electorali percipit, teste CARPZOVIO *lib.* IIII. *resp.* 46. et *part. I. consist.* 28. *def.* 171. non vero in communi, RICHTER *de iure et priuil. creditorum cap. VII. n.* 43. et g) in Saxonia electorali reliquis creditoribus anteponitur, BOEHMER *iur. paroch.* cit. loc. §. 18.

MEDITATIO II.

DE

REDITIBVS ECCLESIAE EX ALIORVM POSSESSIONIBVS.

§. CCCLXXXIII.

Determinantur dicenda.

Colligit ecclesia non solum ex propriis bonis: sed *alii* quoque *ex suo contribuunt* (§. CCCLXXVII.) vt ecclesia habeat, vnde impensas ferat. *Eiusmodi praestationes suscipiuntur vel ex obligatione perfecta, vel sine ea,* atque *vel a parochianis qua talibus, vel sine respectu ad qualitatem parochiani.* Inde *iura*, quae circa contributiones in commodum ecclesiae faciendas statuta sunt, ita

proponam, vt *de praestationibus* 1) *sine obligatione perfecta*, 2) *ex obligatione perfecta a parochianis*, et 3) *sine respectu ad parochiani qualitatem* suscipiendis sermo fiat.

§. CCCLXXXIIII.

Oblationum definitio et iura communia.

Quantum I.) ad *praestationes*, *quae ecclesiae fiunt sine obligatione perfecta* (§. pr. n. 1.), et communi nomine *oblationes* appellantur, *cap.* 29. *X. de verb. signif.* conf. BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. VI.* §. 17. attinet: notandum, *eas* eatenus *conuenire*, quod 1) variis occasionibus exhibeantur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. V.* §. 170. 2) partim ministris ecclesiae, partim aerario cedant, *id. ibid.* 3) in pecunia non solum, sed aliis quibuscumque rebus, v. c. lino, cera, consistere possint, STYPMANN *de salar. cleric. cap. III. num.* 28. et 86. et *cap. V. n.* 173. ZIEGLER *ad* LANCELOT. *lib. IIII. tit. VII.* §. 1. 4) res oblata debeat consistere in re licite et honeste quaesita, *cap. vlt. X. eod.* STRYK *ad* BRVNNEM. cit. loc. voce *oblationes n.* 3. ZIEGLER *ad* LANCELOT. cit. loc. §. 2.

§. CCCLXXXV.

Diuisio oblationum,

Differunt oblationes, prout colliguntur exigente casu necessitatis, vel sine ea: illae

illae sunt *extraordinariae*; *hae ordinariae*, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib.* III. *tit.* XXX. §. 107. Ad *ordinarias* referri debet a) *collectio eleemosynarum per sacculum sonantem*, vulgo *Klingebeutel*, WILDVOGEL diss. *de oblation. quae fiunt in eccles. per saccul. sonantem*. Pecunia, quae hac ratione colligitur, *α*) merito ad vsus pauperum conuertenda est, BOEHMER cit. loc. et β) in quolibet coetu hic modus colligendi suscipi potest, ita vt eius intuitu ecclesia parochialis iure prohibendi non gaudeat, conf. BOEHMER cit. loc. §. 113. et *iur. paroch. sect.* IIII. *cap.* I. §. 31. seqq. vbi simul ad rationes eorum, qui contrariam sententiam fouent, respondetur.

et de collectione per sacculum sonantem.

§. CCCLXXXVI.

Ad ordinarias oblationes praeterea pertinent b) *primitiae* seu *primae partes frugum*, *fructuum* et *lucri ex mercibus et artificiis praestandae*, LINCK *ad decretales lib.* III. *tit.* XXX. §. 11. quae apud protestantes liberi arbitrii sunt, et raro occurrunt, teste LINCKIO cit. §. 11. in fin. Ex his oblationibus ad pios vsus factis forsan originem trahunt c) *numi*, *qui in deductione funerum inter scholae discipulos et pauperes distribuuntur*, LINCK cit. loc. §. 13.

De primitiis et numis in deductione funerum praestari solitis.

§. CCCLXXXVII.

De extraordinariis oblationibus.

Extraordinariae oblationes (§. CCCLXXXV.) a principe ordinantur, quoties necessitas ecclesiarum et pauperum suadet, *l. vn. de mendicant. val. recess. imper. de an.* 1577. *tit.* 27. non quidem per consistorium, nisi speciatim hoc officium consistorio commiserit princeps, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit. XXX.* §. 105. quale de Saxonia electorali testatur CARPZ. *iurispr. consist. lib.* II. *def.* 335. *n.* 15. alibi per senatum sanctiorem eiusmodi collectiones decernuntur, ita vt nulla differentia statuenda, vtrum princeps ei ecclesiae, quae colligere vult, addictus sit, nec ne, BOEHMER cit. loc. SCHILTER *inst. iur. can. lib.* II. *tit.* VIIII. §. 3. et WILDVOGEL diss. *de oblat. in eccles. quae fiunt per saccul. sonant. cap.* III. §. 1.

§. CCCLXXXVIII.

De numis missalibus.

Ordo tangit II) *eas praestationes, quae a parochianis ex obligatione perfecta ecclesiae exhibentur* (§. CCCLXXXIII. n. 2.). Eiusmodi collectiones institui ad alendum pastorem (§. CXXII.) ad exstruenda (§. CCCXXV. lit. c.) et reficienda templa (§. CCCXXX. lit. c.) atque aedes parochiales (§. CCCXXXXII. lit. f.), constat, ita vt earum praestatio-

num

num ſolum mentio facienda, quae ſingularibus gaudent nominibus. Quibus accenſeri debent 1) *numi miſſales*; vulgo *Opferpfennige*, qui ſunt *numi tamquam pars ſalarii parocho a ſingulis parochianis praeſtandi.* Qui a) ſi quouis trimeſtri ſolui debent, *Quartalpfenninge*, item *Vierzeitenpfenninge* appellantur, BOEHMER *iur. paroch. ſect.* VII. *cap.* I. §. 24. CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib.* I. *def.* 105. b) oblationibus originem debent, STRYK *ad* BRUNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* VI. §. 17. LINCK *ad decret. lib.* III. *tit.* XXX. §. 13. b) conſiſtunt ſaepe in vnico numo ſingulis trimeſtribus praeſtando, CARPZ. cit. loc. *n.* 5. alibi tamen auctus numorum numerus *id. ibid. n.* 7. d) A quolibet parochiano, modo duodecimum ſuperauerit annum, conf. STYPMANN *de ſalar. cleric. cap.* III. *n.* 17. et *cap. V. n.* 133. et quidem e) per ſcultetum exigi ſolent hi numi, CARPZ. cit. loc. n. 9.

§. CCCLXXXVIIII.

Parochianorum reliquae praeſtationes, quae ex obligatione perfecta proueniunt.

Ad hanc praeſtationum claſſem porro pertinet 2) *numus pro incolatu, der Haeuſslergroſchen*, ab illis parochianis, qui agris deſtituuntur, parocho et aedituo praeſtandus, CARPZ. *iurispr. conſiſt, lib.* I. *def.* 106. *n.* 2. et *def.* 107. *n.* 1.

n. 1. Hic grossus a) passim, et praesertim in haud paucis Saxoniae pagis, obuenit, et b) consistere solet in duodecim vel octodecim pastori et sex numis aedituo quotannis ab eiusmodi incola praestandis, LINCK *ad decretal. lib.* III. *tit.* XXX. §. fin. *n.* 5. et CARPZ. cit. loc. *def.* 106. *n.* 3. Similis est 3) *grossus mansorum*, vulgo *Hufengroschen* seu *grossus, qui praestatur a quouis parochiani manso, ex quo decimae haud soluuntur*, CARPZ. cit. loc. *def* 108. *n.* 1. et 3. seq. De hoc notandum, quod α) in Saxonia electorali in primis obuius sit, *id. ibid. n.* 2, et β) in octodecim numis pastori et sex aedituo praestandis consistere soleat, *id. ibid. n.* 8. Accedunt haud raro 4) *panes ecclesiastici*, vulgo *Pfarr- und Schulbrodte*, qui sunt *panes in pagis ministris ecclesiae annuatim a parochianis praestandi*, CARPZ. cit. loc. *def.* 103. *n.* 1. Hi panes debentur, a) in qualitate et pondere, quali quilibet ex paroecianis pro se et famulitio coquit, *id. ibid. def.* 102. *n.* 7. et *def.* 103. *n.* 2. nec b) diuersitas inter pastores et custodes ratione qualitatis et ponderis admittitur, *id. ib. n.* 4. c) passim pretium exsoluendum est, *id. ibid. def.* 104. *n.* 1. quod d) pro diuersitate pretii annonae, secundum arbitrium boni viri, et consuetudinem, variat

riat, *id. ibid. n.* 3. ſeqq. conf. LINCK cit. loc. *n.* 4.

§. CCCLXXXX.

Quod decimarum iura hoc in loco explicanda ſint, probatur.

Reſtat, vt III.) *de iis bonis eccleſiaſticis dicatur, quae ſine reſpectu ad qualitatem parochiani ex rebus ad eccleſiam non pertinentibus ad eccleſiam perueniunt* (§. CCCLXXXIII. n. 3.). Huius generis *decimas* eccleſiae debitas eſſe, ſequenti ratione euincam. *Decimae*, quae eccleſiae praeſtantur, ideoque ad noſtrum inſtitutum pertinent, ſiue *quota pars fructuum ſacerdotibus et Leuitis in Iudaeorum republica praeſtanda, et hinc ad noſtram eccleſiam propagata*, *Ill. Dn.* 'ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. *tit.* XXII §. 333. conf. diſſert. noſtra *de nonis* §. 6. ſeq. BOEHMER *iur. paroch. ſect.* VII. *cap.* I. §. 5. 7. et 9. pertinent 1) vi definitionis ad τὸ ſuum eccleſiae, inde ſunt res eccleſiae (§. CLVII.), 2) quatenus eſt ſocietas, adeoque temporales (§. eod.), 3) ad ferendas eccleſiae impenſas deſtinatae, BOEHMER cit. loc. §. 7. et 20. in fin. et *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXX. §. 32. per conſequens bona eccleſiaſtica (§. CCCXXI.).

§. CCCLXXXXI.

Continuatio.

Vlterius ad probationem theſeos no-

nostrae pertinet, quod 4) non ex propriis rebus ecclesiae adueniant, quum ex his omnes fructus, non quotam, percipiat ecclesia; sed ex alienis bonis, BOEHMER *iur. paroch. sect.* VII. *cap.* I. §. 1. BOEHMER *iur. paroch. sect.* VII. *cap.* I. §. 1. quam ob caussam ad hanc meditationem doctrina de decimis spectat (§. CCCLXXXIII.). 5) Quia vero perfecto iure exigi solent, *cap.* 1. 5. 20. 21. *X. de decim.* CARPZ. *defin. forens. part.* II. *const.* II. *def.* 4. *n.* 1. MVHLPFORT diss. *de decim. laicor. in terris protest. cap.* II. §. 2. ad primam praestationum classem haud pertinent (§. CCCLXXXIIII.), nec 6) ad alteram (§. CCCLXXXVIII.), quum non ab omnibus parochianis, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib.* III. *tit.* XXX. §. 64. sed ab iis quoque, qui ne quidem sunt parochiani illius ecclesiae, soluantur: sunt verba BOEHMER cit. loc. §. 9. *cap.* 18. 20. 29. *X. de decimis*, et BOEHMER cit. loc. §. 14.

§. CCCLXXXXII.

Decimarum diuisio in reales et personales,

Differunt decimae, voce in generali significatu sumta pro *quota fructum ex eo, quod ad τὸ suum alterius pertinet, exigenda, pro diuersitate fructuum seu emolumentorum, quae in substantia rationem* exi-

existentiae habent. Si enim in substantia rationem existentiae occasionalem habent, seu fructus ciuiles sunt, eorum quota pars alii praestanda dicuntur *decimae personales.* Si rationem existentiae efficientem in substantia habent, et fructus naturales appellantur, ipsa quota *realium decimarum* nomine venit, MVHLPFORT diss. *de decim. laicor. in terris protest. cap. I.* §. 9. *Personales* specialiori indagatione non egent, quum nullibi in Germania exigi queant, WERNDLE *vom Zehend-Recht lib. I. cap. II. pag.* 10. et CARPZ. *iurispr. consist. lib. I. def.* 131. et *Ill. Dn.* ENGAV *elem. iur. eccl. lib.* II. *tit.* XXII. §. 344. *n.* 1. BOEHMER *iur. paroch. sect.* VII. *cap.* I. §. 8. in fin.

§. CCCLXXXXIII.

in ecclesiasticas et laicales,

Reales decimae differunt pro ratione eorum, quibus praestandae sunt. Ecclesiasticae cognominantur, si ecclesiae, aut, quod eodem tendit, clerico ob officium, quod gerit, exhibendae; *laicales* vero, si alii cuidam debentur, MVHLPFORT diss. *de decimis laicor. in terris protest. cap.* I. §. 8. *De laicalibus* notes *a*), quod illae, quas princeps sibi vindicat, sint *publicae*, et illae, quas priuati exigunt, *priuatae*, CARPZ *iurispr.*

rispr. consist. lib. I. def. 138. *n.* 1: *b*) quod laici non sint inhabiles ad acquisitionem decimarum, HARPPRECHT *consil.* XIIII: *n.* 174. seqq. et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXX.* §. 34. seq. dissentit BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. VI.* §. 10. CARPZ. *part. II. const. II. def.* 4. *n.* 1. seqq. et BERLICH *part. II. concl. IIII. n.* 24. et *c*) haud raro olim et hodie possideantur a laicis, *α*) quia sibi eas reseruarunt tempore exstructionis templorum, BOEHMER cit. loc. §. 20. *β*) ob nexum feudalem, *id. ibid.* §. 24.

§. CCCLXXXXIIII.

in minores et maiores, harumue in ordinarias et extraordinarias,

Porro *decimae* et quidem *reales differunt pro qualitate fructuum naturalium, a quibus praestantur.* Quod si in frumento consistunt; oriuntur *decimae maiores*, quae, prout mergitum, vel granorum decimae exhiberi debent, quota in *ordinarias*, vulgo *Zug-Zebenden*, et *extraordinarias*, vulgo *Sack-Zebenden* subdiuiditur, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. VI.* §. 14. CARPZ. *iurispr. consist. lib. I. def.* 126. et 130. et SCHILTER *inst. iur. can. lib. II. tit. VIII.* §. 13. Si in aliis fructibus naturalibus quibuscumque consistunt; *minores* dici debent. BESOLD. *thesaur. pract.* voce *Zebend*, MVHLPFORT diss. *de decim. laicor. in terris*

terris protest. cap. I. §. 10. Ordinariae decimae in regula praesumuntur, PVFENDORF obs. CXI.

§. CCCLXXXXV.

in decimas noualium et veterum.

Denique *decimae differunt, vtrum ab agris adhuc semper incultis praestentur, nec ne: illae* decimae sunt *noualium,* puta *agrorum*, vulgo *Neureut, Neubruche* siue *Rott - Zehenden; hae veterum;* MVHLPFORT diss. *de decim. laicor. in terris protest. cap. II. §. 5. Cel.* WOLFARTH *de decimis noualium. Nouales agri* sunt tales, *qui nouiter ad culturam redacti, cap. 21. X. de verb. signif.* BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. III. tit. XXX.* §. 60. Nouales principi adiudicantur, *id. ibid. cap. III.* §. 1. et STRYK *ad* BRVNNEM. *iur. eccles. lib. II. cap. VI. §. 9.* vers. *nisi aliud consuetudo. Conf.* BOEHMER cit. loc. §. 61. seqq.

§. CCCLXXXXVI.

Quaedam decimarum ecclesiasticarum iura.

Decimarum ecclesiasticarum iura, quae in hoc compendio enucleanda, sunt: quod 1) princeps euangelicus leges circa eas ferre possit, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib.* III. *tit.* XXX. §. 72. 2) reales fundis inhaereant, *cap.* 4. 23. 24. 29. *X. de decimis*, BOEHMER c. l. §. 75. adeoque *α*) hoc onus ad quem-

 uis

uis transit possessorem, BOEHMER *iur. paroch. sect.* VII. *cap.* I. §. 11. ita tamen, vt possessor, qui restantes soluit, regressum habeat contra venditorem, STRYK *ad* BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* VI. §. 7. β) ab ipso conductore praedii soluendae, *cap.* 8. et 24. *X. eod.* BOEHMER cit. loc. 3) decimae gaudeant iure praerogatiuae ante tributa in concursu creditorum, *cap.* 3. *X. eod.* CARPZ. *defin. forens. part.* I. *constit.* XXVIII. *def.* 54. 4) non semper in decima fructuum parte consistant; sed etiam in duodecima, vel alia, PVFENDORF *obs.* CXI. 5) possessor fundi nonnumquam praeter decimas ex reliquis fructibus alii adhuc debeat decimas, quae *nonae* appellantur, conf. dissert. nostra *de nonis*, per tot.

§. CCCLXXXXVII.

Quomodo praestandae sint decimae.

Porro ad decimarum iura referendum, quod 6) *legitimo modo illi soluendae, cui debentur.* Quod accidit, si a) integrae praestantur non deductis impensis, ita vt nec seminis ratio habenda sit, *cap.* 4. 5. 8. 21. et 32. X. *de decimis*, BOEHMER *iur. paroch. sect.* VII. *cap.* I. §. 15. b) antequam frumentum in horreum transuehitur, soluuntur, BOEHMER cit. loc. §. 16. inde *a*) intimari

mari debet parocho, priusquam translatio in horreum suscipitur, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* I. *def.* 130. et β) custodes parochus apponere potest, qui animaduertant, ne in decima defraudetur, STRYK *in not. ad* BRUNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* VI. §. 14. nisi de decimis extraordinariis, quae hinc inde pacto vel lege introductae, MEVIUS *part.* VIII. *decis.* 66. sermo sit, CARPZ. cit. loc. *def.* 127. et BOEHMER cit. loc. §. 17.

§. CCCLXXXXVIII.

Continuatio.

Ad legitimum decimas praestandi modum insuper spectat, quod c) *expensis debitoris ad domum parochi deferantur*, *can.* 65. *C.* 16. *q.* 1. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* I. *def.* 135. *n.* 5. ita vt illi, qui in contraria consuetudine se fundant, eam probare teneantur, STRYK *ad* BRUNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* VI. §. 14. d) de quibuscumque fructibus naturalibus exigere eas liceat, *cap.* 22. X. *de decimis*, BOEHMER *iur. paroch. sect.* VII. *cap.* I. §. 20. quos recenset BESOLD. *thesaur. pract.* voce *Zehend*; quod tamen in Saxonia intuitu fructuum arborum non valet, CARPZ. cit. loc. *def.* 134. Ex eo, quod de omnibus fructibus decimae debentur, se-

quitur, vt α) mutatio generis fructuum non mutet decimas, MEVIVS *part.* VIIII. *dec.* 68. β) exigantur, licet ex hoc genere fructuum antehac numquam solutae fuerint decimae, LYNCKER *vol.* I. *resp.* 170. *n.* 12. et γ) mutatio qualitatis fundi, v. c. quod ex vinea fiat ager, iuri decimandi haud deroget, *id. ib. n.* 11. et 20. nec δ) de fructibus extra ordinem natis in fundo denegari queant, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXX. §. 81.

§. CCCLXXXXVIIII.

Quis praestare debeat decimas.

Inter iura decimarum recenseri debet, quod 7) *quilibet de fundis suis praestare debeat decimas*, *cap.* 4. X. *de decimis*, BOEHMER *iur. paroch. sect.* VII. *cap.* I. §. 12. nisi probare possit libertatem α) ob priuilegium, ZIEGLER *ad* LANCELOT. *instit. iur. can. lib.* II. *tit.* XXVI. §. 15. et STRYK *in not. ad* BRVNNEM. *ius eccl. lib.* II. *cap.* VI. §. 15. β) ob praescriptionem immunitatis, BOEHMER cit. loc. conf. *eiusd. iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXX. §. 42. seqq. dissent. BERLICH *part.* II. *concl.* IIII. *n.* 24. nec bonae fidei defectus hic allegari potest, BOEHMER cit. loc. §. 50. quippe quae in praescriptione acquisitiua, non exstinctiua, est necessaria, STRYK *de non-vsu*

vsu iuris quaesiti, *cap.* III. *n.* 64. seqq. et quidem ob non-vsum ecclesiae per quadraginta annos, LYNCKER *decis.* 1158. CARPZ. *defin. forens. part.* II. *const.* II. *def.* 4. RICHTER *part.* I. *decis.* 21. *n.* 50. nisi de eiusmodi decimis sermo sit, quarum vsus rarius obuenit, BOEHMER cit. loc. §. 49.

§. CCCC.

Quatenus decimae praescriptione acquiri possint.

Non solum decimae praescriptione exstinguuntur; sed etiam eaedem 8) *acquiruntur omnibus licitis modis et ipsa praescriptione*, BOEHMER diss. *de decimarum praescriptione*, nisi de decimis sermo sit, quas pontificii ab euangelicis, aut hi ab illis exigunt: hoc enim in casu ad statum anni decretorii vnice respiciendum, *instr. pac. Osnabr. art.* V. §. 46. seq. Extra hunc casum a) *laici contra ecclesiam* allegare possunt decimarum praescriptionem acquisitiuam, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXX. §. 34. seqq. et HARPPRECHT *consil.* XIIII. *n.* 174. seqq. dissent. BERLICH *part.* II. *concl.* IIII. *n.* 24. CARPZ. *defin. forens. part.* II. *const.* II. *def.* 4. *n.* 1. seqq. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* II. *cap.* VI. §. 10. ita vt vna praescriptione tollantur, BOEHMER cit. loc. §. 36. nec im-

memoriali egeat praescriptione, sed quadragenaria sufficiat, *id. ib.* §. 37.

§. CCCCI.

Continuatio.

Minori dubio subest, quod in casibus, vbi ad statum anni decretorii haud respiciendum est, allegare possit praescriptionem decimarum acquisitiuam, b) *ecclesia contra ecclesiam* post quadraginta annos, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* III. *tit.* XXX §. 39. seq. c) *laicus contra laicum* post decem annos inter praesentes, et viginti inter absentes, *id. ibid.* §. 41. modo in omnibus his praescriptionibus reliqua eiusdem requisita, nempe bona fides et iustus titulus, euinci possint ab acquirente, *id. ibid.* §. 39.

PARTIS THEORETICAE FINIS.

IV.

IVRISPRVDENTIAE ECCLESIASTICAE EVANGELICAE PARS PRACTICA SIVE DE PROCESSV CONSISTORIALI.

LIBER I. DE CONSISTORIO.

TIT. I. DE CONSISTORII NECESSITATE.

§. CCCCII.

Actionum definitio et diuisio.

R*emedium, quo quis iura sua persequitur in ciuitate*, dicitur *actio, Ill.* DARIES *iur. natur.* §. 807. Haec iura, quae quis persequitur, si societatem ecclesiasticam spectant, *actio* euadit *ecclesiastica, id. ib.* §. 940. Quod iura in hac societate obuenientia partim ratione status (lib. I. cap. I.), partim ob facta obligatoria (lib. I. cap. II.), partim rerum earum caussa, a quarum vsu alii excludi possunt (lib. II.) competant, ex parte theoretica nouimus. Ex illis iuribus oriuntur *actiones praeiudicia-*

diciales; ex istis *personales*; et ex his *reales*. *Ille, qui actionem instituit*, audit *actor: ille, contra quem dirigitur, reus* appellatur. Si cognoscitur et deciditur quaestio, an actor fundatam habeat intentionem, quia reus eius ius agendi in dubium vocat; oritur *lis*.

§. CCCCIII.

Fori ecclesiastici definito et dicendorum series.

Locus, vbi lites tractantur, est *forum*. In quo praeter actiones ecclesiasticas (§. pr.) nullae aliae cognoscuntur, dicitur *forum ecclesiasticum* seu *iudicium ecclesiasticum*, item *consistorium*, vulgo *geistliche Gericht*, WEBER *de iure consist. cap. I. sect. I. §. 6.* Ea, quae circa hoc iudicium notanda erunt, ita proponam, vt 1) *de necessitate consistorii*, 2) *de personis, quae in hoc iudicio occurrunt*, et 3) de *caussis, quae ibidem cognosci solent*, pro instituti nostri ratione, dicendi locus sit.

§. CCCCIIII.

Necessitatis non est, vt constituantur consistoria.

Equidem *necessitas erigendi consistoria* (§. pr. n. 1.) *non est absoluta*, seu ita comparata, vt princeps euangelicus cognitionem et decisionem caussarum ecclesiasticarum relinquere nequeat iudici saeculari, B. LVTHERVS *tom. I. Ienens. latin.* fol. 80. seqq. LVDOVICI in

in *process. consist. cap. II.* HAMBACH *de consist. necessitate*, BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. I. tit. XXVIII.* §. 13. quum consistoria nostra veniant ex voluntate et delegatione ipsius principis, conf. BOEHMER cit. loc. §. 26. ZIEGLER *in praelect. ad decret. ad rubric. tit. de iudic.* pag. 17. seqq. BOEHMER *iur. paroch. sect. V. cap.* III. §. 20. BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* III. *cap.* I. §. 3. dissent. FECHT tract. *de excommunicat. eccles.* §. 2. LYNCKER *vol.* I. *resp.* 10. *n.* 18. seq. et. WEBER *de consistor. cap.* XXIIII. seq. CARPZ. *iurispr. consist. lib. III. def.* 1. seqq. MYLER *ab* EHRENBACH *de princ.* et *stat. imp. cap.* LXXXVI. §. 3.

§. CCCCV.

Nec vbique consistoria erecta sunt.

Successerunt potius consistoria euangelicorum in locum iudiciorum ecclesiasticorum pontificiorum, quibus officiales praesunt, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXVIII.* §. 11. cui occasionem praebuit opinio quorumdam reformationis tempore, necessariam esse consistoriorum constitutionem, SECKENDORF. *in histor. Lutheran. lib.* III. §. 119. *n.* 4. seqq. et BOEHMER cit. loc. §. 12. seqq. quod tamen subsequentibus temporibus melius perspectum, PVFENDORF. *obseru.* CLXVI. Ex quo

factum, vt *quidam imperii status Augustanae confessioni addicti* separationem caussarum ecclesiasticarum a caussis ciuilibus, et consequenter *consistorii constitutionem plane omiserint*, v. c. *Hamburgenses* quoad omnes caussas ecclesiasticas, BEYER *in posit. ad digest. tit. de iurisdict. pos.* 52. *Norimbergenses*, quoad caussas matrimoniales, WAGENSEIL tract. *de ciuitat. Norimberg. addend.* pag. 326. conf. BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* III. *cap.* I. §. 2. et STRYK *in not.* ad cit. loc.

§. CCCCVI.

Caussae, quae suadent consistorii constitutionem.

Plurimi tamen principes euangelici caussis ecclesiasticis peculiare assignant forum, et quidem *ex regulis prudentiae* sat grauibus. Ex quibus potiores sunt 1), *quod in caussis ecclesiasticis ad suprema imperii iudicia prouocari nequeat*, BOEHMER cit. *lib.* I. *tit.* V. §. 17. et FABRI *Staatscanzelley tom.* XIII. pag. 527. Ideoque a caussis ciuilibus ecclesiasticae caute distingui debeant; quod nulla ratione accuratius fiet, quam si vtraeque caussae diuersis in foris tractentur. Id quod 3) *illorum territoriorum intuitu*, vbi *ius de non-appellando locum habet*, suo non destituitur vsu, quum in his, ob eiusdem priuigelii concessionem, iudicia prouincialia introducta,

cta, quorum iurisdictio in caussis, in quibus alias prouocatio ad imperii tribunalia competit, fundata est.

§. CCCCVII.

Continuatio.

Ad has rationes, quae consistorii constitutionem commendant, accedit 3), *quod caussae arduae et magni momenti fora specialia, et in iis iudices iurium applicandorum prae reliquis peritos, suadeant,* BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* III. *cap.* I. §. 3. in fin. et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib.* I. *tit.* XXVIII. §. 18. Denique 4) *subditis euangelicis domini territorialis* pontificii *proprium relinqui debet consistorium,* nisi episcopus in anno decretorio exercuerit iurisdictionem in caussis ecclesiasticis, *instr. pac. Osnabr. art.* V. §. 48. FABRI *Staats-Canzelley tom.* XXVIIII. *pag.* 143. FLEISCHER *de iure reformandi et inde dependente iure emigrandi* §. 41.

TIT. II.

DE PERSONIS, QVAE IN CONSISTORIO OBVENIVNT.

§. CCCCVIII.

Diuersitas personarum

Vti aliis in foris quaedam personae constituuntur partim in cognoscendis

in iudiciis obuenientium. dis et decidendis caussis controuersis suffragium ferentes, quae *iudiciantes principales* audiunt; partim auxilium ferentes quae *accessoriae* seu *minus principales in genere tales* appellantur, atque vel maioris fidei caussa, vel vt famulitium praestent, adhibentur. Illi, prout mos iudicii exigit, *directoris, praesidis, consiliarii, iudicis, syndici, assessoris ad ferendum suffragium adhibiti* nomine veniunt. Isti, nimirum *minus principales, maioris fidei caussa adhibiti*, dici solent *assessores maioris fidei caussa adhibiti, protonotarii, secretarii, actuarii, scribae*, et sic porro. A famulitio denique sunt *nuncii, pedelli, ministri*, vulgo *Gerichts-, Regierungs-, Consistorien-* cet. *Diener*.

§. CCCCVIIII.

Eius applicatio ad consistoria, et dicendorum series. Hanc personarum diuersitatem in foris ecclesiasticis quoque attendimus. In his enim haud raro occurrunt *praeses, praeses vicarius, director, consiliarii, assessores ad ferendum suffragium adhibiti, secretarii, protocollistae, cancellistae, scribae, copistae, nuncii* et *ministri consistorii*, vulgo *Consistorien-Diener* vel *Botben*. Singulorum munia sigillatim explicare, superuacaneum foret, quum ex eorumdem constitutione et ex obser-

seruantia iudicii satis determinari possit vbicumque locorum, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I tit. XXVIII* §. 53. seqq. Nobis vero *duae* tantum *quaestiones* circa personarum in consistorio occurrentium constitutionem obueniunt, scilicet 1) *quis has personas constituere possit*, ac 2) *quatenus clerici in numero consistorialium esse soleant?*

§. CCCCX.

Princeps vel immediate consistorium constituit;

Quantum I.) ad quaestionem, *quis personas iudicantes in consistoriis constituere possit* (§. pr. n. 1.), attinet: notes velim, quod *consistorium* 1) *a principe*, vtpote fonte omnis iurisdictionis, erigi debeat, et quidem 2) *tamquam principe*, non vt episcopo, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXVIII.* §. 37. 3) *nec a societate ecclesiastica dependeat*, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. I.* §. 3. ZIEGLER *ad decret. tit. de iudic. ad rubric.* et *idem in not. ad* LANCELOT. *lib. I. tit. XVIIII.* §. 11. et *lib. II. tit. XX.* §. 16. RHETIVS diss. *de iure statuum imperii circa sacra cap. III. n.* 15. et 19. conf. BOEHMER cit. loc. §. 26. dissent. LYNCKER *vol. I. resp. X. n.* 18. seq. et WEBER *de consistor. cap. XXIIII.* seq.

§. CCCCXI.

§. CCCCXI.

vel mediate.

Attamen 4) *princeps non impeditur, quo minus nobilibus mediatis et ciuitatibus municipalibus potestatem erigendi consistoria concedere queat*, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. I.* §. 4. LYNCKER *vol. I. resp. LVIII. n.* 10. MEVIVS *part. III. dec.* 114. et KLOCK *vol. I. consil.* 20. *n.* 555. seq. *conf.* 51. *n.* 245. seq. et *conf.* 146. LVDOVICI *Consistorial-Procefs cap. III.* §. 19. inde a) *inuestitus mit denen geistlichen Gerichten* gaudet iurisdictione ecclesiastica, conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXVIII.* §. 28. dissentit, et ius patronatus hoc casu concessum esse putat BERGER *oecon. iur. lib.* IIII. *tit.* III. §. 2. *not.* 1. HORN *iurispr. feudal. cap.* VII. §. 12. in fin. et WEBER *de consistoriis cap.* XXXXI. non aeque si quis *inuestitus mit allen und ieden Gerichten*, BOEHMER cit. loc. et b) praescriptione ius consistorii acquiri potest, modo, si contra principem allegetur immemorialis, probari possit, conf. BOEHMER cit. loc. §. 29.

§. CCCCXII.

An theologi necessario interesse debeant consistorio.

Ab arbitrio eius, cui facultas erigendi consistorium competit, II.) *dependet, utrum clericis munera in consistorio demandare velit* (§. CCCCVIIII. n. 2.), BOEH-

MER

MER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXVIII.* §. 30. ſeqq. LVDOVICI *Conſiſtorial Proceſs cap. III.* §. 1. ſeqq. ita vt *theologi* 1) *non neceſſario interſint conſiſtoriis*, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. I.* §. 5. et STRYK *in not. ad* cit. loc. MEVIVS *part. IIII. deciſ.* 1. diſſent. WEBER *de iure conſiſtor. cap. XVII.* ſeq. 2) *vtiliter tamen recipiantur* ob cauſſas, quae conſcientiam tangunt, BRVNNEM. cit. loc. et BOEHMER cit. §. 30. licet nec ex hoc fundamento neceſſitas recipiendi theologos deduci queat; quum politici ſcripturas ſacras non ignorent, SECKENDORF. *in hiſtor. Lutheranismi lib. III.* §. 114. *n.* 13. 3) *politico* potius, *quam theologo, directio conſiſtorii demandari ſoleat*, SCHRADER *praefat. ad tract. de cauſſis fori eccleſiaſtici.* Denique notandum, 4) quod *nec deſint euangelicorum conſiſtoria, in quibus plane nulli reperiuntur theologi*, quale de *Gottorpienſi* teſtatur LVDOVICI cit. loc. §. 16.

TIT.

TIT. III.
DE
COMPETENTIA FORI ECCLESIASTICI.

§. CCCCXIII.

Competentiae fori ecclesiastici definitio et dicendorum series.

Forum *ecclesiasticum* tunc dicitur *competens, si reum seu eum, a quo aliquid petitur in iudicio, in caussa obuenienti cogere potest.* Actor enim, id est ille, qui aliquid petit in iudicio; sequi debet forum rei, conf. *fratris carissimi comp. praxeos lib. I. cap. II.* §. 3. Eam ob rem nobis in hoc titulo curae cordique esse debet inquirere, *in quibus caussis reus cogi possit a consistorio.* Non vna est DD. circa hanc quaestionem sententia, cuius diuersitatem delinearunt BRVNNEM. *iur. eccles. lib. III. cap. I.* §. 10. ad fin. SCHRADER d. sl. *de caussis fori ecclesiastici*, et HARTVNG *de consistoriali iurisdictione.* Proponam de competentia fori consistorialis 1) *regulas*, et 2) *earumdem applicationem docebo.*

§. CCCCXIIII.

Regulae de competentia fori suppeditantur.

Quantum I) ad *regulas* (§. pr. n. 1.): nemo dubitabit, quin 1) *a principe dependeat, quales caussas consistorio subiicere velit,* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit.*

l. tit. XXVIII. §. 47. et MEVIVS *part. III. decis.* 257. In dubio autem, siue si princeps haud declarauit, an haec caussa, de qua quaestio oritur, ad forum consistoriale referri debeat, 2) *subditi eius principis, qui constituit consistorium, vnice coram consistorio conueniendi, modo* 3) *membra ecclesiae approbatae dici queant*, BOEHMER cit. loc. *lib. II. tit. II.* §. 16. et STRYK *de caussa incidente cap. II.* §. 4. et quidem 4) *si consistorio pars territorii a principe subordinata, nemo, nisi subditus eiusdem partis ibidem conueniendus est*; ita vt 5) *secundum leges conditas auctoritatem suam interponat consistorium in iis caussis, quae apud pontificios ad iudicium ecclesiasticum referuntur*, si *de ipso iure, non de sola possessione sermo est*, CARPZ. *iurispr. consist. lib. I. def.* 138. *n.* 7. GAIL. *lib. I. obs.* 38. *n.* 3. seq. et BOEHMER cit. loc. *lib. II. tit. II.* §. 19. sqq. quum illa in horum locum post reformationem successerint (§. CCCCIIII.), conf. THOMASIVS diss. *de iur. princip. circa solennia sepulturae* §. 15. in fin. MEVIVS *part. III. dec.* 257. *n.* 1.

§. CCCCXV.

Sequitur *II.*) *applicatio regularum propositarum* (§. CCCCXIII. n. 2.). Ex *prima* **Explicatio primae regulae.** regu-

regula (§. pr. n. 1.) patet, cur a) *ante omnia ad leges ecclesiasticas et consistoriales eius territorii*, in *quo quaestio de competentia fori ecclesiastici mouetur*, *recurrendum*, hisque tacentibus, aut quaestionem obuiam non satis determinantibus, reliquae regulae inspiciendae, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXVIII.* §. 47. b) *tanta differentia potestatis consistorium occurrat*; quid? quod c) *sibi inuicem saepe subordinentur;* quo casu alterum *superius*, vulgo *Oberconsistorium*, alterum *inferius*, vulgo *Unterconsistorium*, alibi *geistlich Untergericht*, dici et d) *quaedam caussae senatui ecclesiastico*, vulgo *Kirchenrath*, demandari solent, BOEHMER cit. loc. §. 49. seqq.

§. CCCCXVI.

Secunda, tertia et quarta regula.

Altera regula (§. CCCCXIIII. n. 2.) *rationem exhibet*, *cur a) princeps consistoriis suis haud sit subordinatus*, adeoque b) *ab hoc iudicio numquam inuitus cogi possit*, MYLER *ad* EHRENBACH *gamolog. cap. VIII.* §. 8. in fin. et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXVIII.* §. 41. *ne quidem* c) in *caussis matrimonialibus*, BOEHMER cit. loc. *lib. II. tit. II.* §. 17. Ex *tertia regula* (§. CCCCXIIII. n. 3.) prono fluit alueo, quod α) *caussae infidelium ad consistorium haud spectent*,

ctent, cap. 18. *X. de diuortio,* BOEHMER c. l. §. 16. in fin. seqq. sed β) *iudicis ciuilis cognitioni* relinquantur, *cap.* 14. *X. de iudiciis,* STRYK *de caussa incidente cap.* II. §. 4. conf. BOEHMER cit. loc. *lib. V. tit. VI.* §. 38. ad 41. *Quartae regulae* veritas ex iis, quae supra (§. CCCCX. seq.) de potestate principis circa constitutionem consistorii dicta sunt, constat.

§. CCCCXVII.

Vtrum leges ferre possit consistorium.

Superest *quinta* de competentia fori ecclesiastici regula (§. CCCCXIIII. n. 5.), vi cuius a) *secundum leges conditas ferri debet iudicium in consistorio.* Quam ob rem consistorium destituitur potestate α) condendi ordinationes ecclesiasticas, CARPZ. *iurispr. consist. lib. I. def.* 3. et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. II.* §. 88. nisi 1) de consistorio euangelico, vi anni decretorii in terris pontificii principis competenti sermo sit, *instr. pac. Osnabr. art. V.* §. 31. licet in anno decretorio ordinationes non condiderit, BOEHMER cit. loc. §. 89. vel 2) de interpretatione ordinationum ecclesiasticarum quaeratur, BOEHMER cit. loc. §. 88. et WEBER *de iure consistor. cap. XXVII. sect.* 8. β) liturgias reformandi, STRYK *ad* BRVNNEM. *iur. eccl. lib. I. membr. XII.* §. 6.

verb. *per sua consistoria*, CARPZ. cit. loc. *lib.* III. *def* 2. *n.* 11. WEBER cit. loc. *cap.* XXVII. *pag.* 336. et BOEHMER differt. *praelim. ad tom. III. iur. eccl. prot.* §. 86. et γ) quae doctrina publice doceri debeat, determinandi sine speciali principis delegatione, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. I.* §. 3. et BOEHMER cit. loc. *lib. I. tit.* I. §. 48. seq.

§. CCCCXVIII.

Vtrum caussae possessionis semper ad forum ecclesiasticum pertineant.

Ex eadem regula b) patet, quod *caussae ecclesiasticae tunc demum coram foro ciuili cognosci nequeant, si de ipso iure actoris sermo sit.* Si enim de possessionis facto controuersia oritur; iudex ciuilis et ecclesiasticus concurrentem habet iurisdictionem (§. CCCCXIIII. n. 5.), ita vt vnus alterum praeueniendo excludere possit, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. tit. I.* §. 2. licet α) reus sit clericus, GAILIVS *lib. I. obs.* 37. *n.* 5. dissent. BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. II. tit. II.* §. 20. β) laicus conueniatur ob possessionem iuris ecclesiastici, quod non nisi per translationem in laicum deuolui solet, BLVM *de processu camerali tit. XXXXIII. n.* 20. seq. GAILIVS *lib. I. obs.* 38. *n.* 4. conf. BOEHMER cit. loc. §. 21. quale ius patronatus (§. XXXI.) et ius decimandi (§. CCCC.) dici de-

debet: γ) de matrimonii facto nudo quaeratur, an nimirum matrimonium contractum sit, BOEHMER cit. loc. §. 22.

§. CCCCXVIIII.

Nexus dicendorum circa quaestionem, quaenam caussae apud pontificios ad forum ecclesiasticum pertineant?

Vi eiusdem regulae c) in *reliquis caussis, quas pontificii iudicio ecclesiastico relinquunt, apud protestantes consistorium auctoritatem suam interponit* (§. CCCCXIIII. n. 5). Quaenam ex iuribus ad societatem ecclesiasticam se referentibus vi huius regulae coram consistorio ventilari debeant, facili negotio indagari poterit, si iura ex statu, facto obligatorio, et vi iuris alios ab vsu rei excludendi competentia et in *parte theoretica* proposita, per indicem percurramus.

§. CCCCXX.

Quod clerici coram consistorio conueniendi sint, euincitur.

Quod attinet *I.*) ad *clericos;* eorum iura et obligationes vi status competentia supra (lib I. cap. I.) explicauimus. *Hi coram consistorio conueniendi*, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. tit. I.* §. 10. seqq. et quidem indistincte a) siue gaudeant officio ex pontificiorum institutis recepto, de quo (cit. cap. I. tit. II.) sermo fuit; siue ad promouendum finem ecclesiae euangelicae directo, de quo (ibid. tit. II.) dicendi locus erat, conf. THOMASIVS diss. *de foro competente et sub-*

subiect. clericor. sub potestate ciuil. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. II.* §. 46. et 47.

§. CCCCXXI.

Continuatio.

Fori huius priuilegiati generalitas intuitu clericorum exinde quoque patet, quod consistorium cognitionem habeat b) *siue ab ipsis clericis, siue ab eorumdem familiis aliquid petatur,* LINCK *ad decret. lib II. tit. II.* 83. MEVIVS *part. III. dec.* 173. et MARTINI *ad proc. Saxon tit. XI.* §. 2. *n.* 352. consequenter hoc priuilegium in dubio extenditur ad vxorem et liberos, BRVNNEM. cit. loc. §. 12. in fin. KLOCK *vol. I. cons.* 39. *n.* 44. modo liberi a patria potestate nondum soluti, LVDOVICI *proc. consist. cap. V.* §. 3. ad viduam, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def. 6. n.* 2. seqq. et BOEHMER cit. loc. §. 43. et famulos clericorum conductos, HERTIVS *de transit. priuileg. ad alios* §. 21. BRVNNEM. *ad leg. 2. Cod. de episcop. et cleric.* MEVIVS cit. loc. SCHILTER *inst. iur. can. lib. I. tit. XVIII.* §. 8. dissent. BOEHMER cit. loc. §. 44. et STRYK *ad* BRVNNEM. *iur. eccl. cit. loc.*

§. CCCCXXII.

Vlterior continuatio.

Clerici coram consistorio conueniri possunt c) *siue omnes illi, a quibus ali-*

aliquid petitur, *sint clerici*, *siue partim clerici*, *partim laici*, BERLICH *part. II. concl.* 220. *n.* 24. modo maior pars haud sint laici, *id. ib.* n. 32. d) *siue intuitu iurium et obligationum vi status clericalis competentium conueniantur*, *siue intuitu earumdem obligationum*, *quae ex statu clericali haud resultant*, sed cum reliquis ciuibus conueniunt, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. III.* §. 36. seqq. BRUNNEM. *iur. eccl. lib. III. tit. I.* §. 27. e) *siue actu officium gerant*, *siue depositi aut remoti sint ab officio*, LINCK *ad decret. tit. de poenis* §. 7. BOEHMER cit. loc. §. 49.

§. CCCCXXIII.

Quaenam caussae clericorum apud pontificios et protestantes ad forum ciuile pertineant.

Clerici tamen, quia pontificii idem statuunt, tunc *competentiam ciuilis fori agnoscere debent*, *si* 1) *actione reali conueniuntur*, *L. fin. C. vbi in rem* BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. II.* §. 58. ita vt res clericorum patrimoniales subsint iurisdictioni ciuili, vbi reperiuntur, *cap. fin. X. de foro competent.* ZIEGLER *ad* LANCELOT *lib. III. tit. I.* §. 5. GAILIVS *lib. I. obs.* 37. *n.* 3. CARPZ *iurispr. consist. lib. III. def.* 6. siue immobiles sint, siue mobiles, MEVIVS *part. IIII. decis.* 74. et *part. VI. dec.* 347. BOEHMER cit. loc. §. 59. BERGER *in discept. forens. ad tit. IIII. ordin. proc. Saxon.*

 obs.

obs. VIII. n. 2. licet quoad mobiles dissentiat CARPZ. cit. *lib. III. def.* 7. *n.* 3. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. tit. I.* §. 27. et 2) *actione in rem scripta*, BOEHMER cit. loc. §. 60. BRVNNEM. *ad l. fin. C. vbi in rem actio:* dissent. ITTIG in diss. *de clerici foro seculari cap. V. th.* 11. et SCHRADER *de caussis fori eccles. cap. II.* §. 1. *lit. B.* nec non 3) *feudorum intuitu*, quae possident clerici, *cap.* 5. et 13. X. *de iudic.* et *cap.* 6. et 7. X. *de foro competenti*, BOEHMER cit. loc. §. 68. MYNSINGER *cent. I. obs.* 22. *n.* 6. GAILIVS cit. loc. *n.* 3.

§. CCCCXXIIII.

Continuatio.

Vlterius apud pontificios et protestantes clerici coram consistorio comparere debent, 4) *si clerico lis denunciatur:* hoc enim in casu in foro denunciantis se sistere debet, GAILIVS *lib. I. obs.* 7. et MYNSINGER *cent. I. obs.* 22. *n.* 7. nisi super obligatione clerici euictionem praestandi oriatur lis, quippe quae in foro clerici competente mouenda est, MEVIVS *part. VIIII. dec.* 156. et 5) *si clerici personarum ciuilium tutelam et curam gerunt*; cuius caussa ibi conueniendi, vbi constituti sunt tutores et curatores, GAILIVS cit. *lib. I. obs.* 37. *n.* 7.

§. CCCCXXV.

§. CCCCXXV.

In quo euangelici ob cessantem pontificiorum rationem ab his dissentiant in quaestione de clericorum foro competenti.

Protestantes, ob cessantem et non fundatam pontificiorum rationem, *clericos adstringunt, vt forum saeculare agnoscant*, α) *si clericus istud voluntarie prorogauit*, STRYK *de caut. contract. sect. I. cap. V.* §. 19. in fin. SCHILTER *instit. iur. c an. lib. I. tit. XVIII.* §. 9. ZIEGLER *ad* LANCELOT. *lib. III. tit. I.* §. 4. verb. *pactionibus*, et LINCK *ad decret. tit. de foro compet.* §. 3. *idem de iure episcop. cap. XI. n.* 70. STRYK in not. *ad* BRVNNEM. *ius eccl. lib. III. cap. I.* §. 12. verb. *et prohibentur*, SCHRADER *de caussis fori eccles. cap. II.* §. 1. in not. lit. F. β) *si necessario prorogauit per reconuentionem a laico conuento ipsi oppositam*, *l.* 14. *C. de sent. et interl.* GAILIVS *lib. I. obs.* 37. *n.* 6. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. II.* §. 56. FABER *ad codic. lib. III. tit. XII. def.* 12. et MYNSINGER *cent. II. obs.* 67. *cas.* 1. Neque permittunt protestantes, γ) vt caussae ciuiles *sub praetextu denunciationis euangelicae*, BOEHMER cit. loc. §. 4. seqq. aut δ) *denegatae iustitiae*, *id. ibid.* §. 12. seq. ad consistoria trahantur.

§. CCCCXXVI.

Competentia fori ecclesiastici

Haec de clericorum foro competenti sufficiant. Pergo II.) ad *facta obli-*

in factis obligatoriis licitis ecclesiae. *gatoria ecclesiastica licita*, quorum iura supra (lib. I. cap. II. tit. I.) enucleata sunt. Quae si a) *ecclesiam*, *quatenus est societas*, spectant; apud pontificios aeque ac inter protestantes consistorium esse forum competens, nemo dubitabit, si ecclesia rei partes sustinet. Si b) *facta obligatoria ecclesiastica licita singulorum ecclesiae membrorum* spectamus, quorum iura supra (cit. tit. I sect. II.) explicuimus, et *caussae matrimoniales* dicuntur (§. CLXXXIIII): iterum, vti apud pontificios, ad fora ecclesiastica trahuntur, SCHRADER *de caussis fori ecclesiastici*, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. tit. I.* §. 16. seqq. BOEHMER *iur. eccl. protest. lib. I. tit. XXVIII.* §. 12.

§. CCCCXXVII.

Quaedam obseruationes. Vi huius iuris consistorium cognoscit 1) *in caussis sponsaliorum*, siue haec sint de praesenti, siue de futuro matrimonio, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. II.* §. 25. ita vt ne quidem praeuentio magistratus locum habeat, ZANGER *de except. part. II. cap. III. n. 6.* et CARPZ. *defin. forens. part. I. const. VII. def.* 20. 2) de ipso matrimonii vinculo, seu quatenus de vinculo contracto aut dissoluendo agitur, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. I.* §. 16. siue principa-
liter

liter in quaestione veniat, siue incidenter, v. c. si quaestio legitimorum natalium mouetur ex medio termino, quod parentes in legitimo matrimonio haud vixerint, BOEHMER cit. loc. §. 27.

§. CCCCXXVIII.

Competentia consistorii in excessibus clericorum;

Sequuntur in parte theoretica (lib. I. cap. II. tit. II.) *facta obligatoria ecclesiastica illicita*, quae vel a membris ecclesiae, qua talibus, vel quatenus viuunt in statu clericali, committuntur (§. CCLXX.) Quod attinet ad forum competens III.) in cognoscendis factis obligatoriis illicitis ecclesiasticis, et quidem a) si *de clericorum excessibus*, quos (cit. tit. II. sect. I.) recensuimus, sermo est: hoc casu consistorium apud protestantes, vti inter pontificios obseruatur, auctoritatem suam interponit, WILLENBERG diss. *de excess. et poen. cleric.* §. 60. BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. I. §.* 11. seq. et 20. seqq. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. II.* §. 65. seq. non vero grauiora clericorum delicta consistorii inquisitioni relinquenda, quippe quod in generali et summaria inquisitione persistit, CARPZ *iurisp. consist. lib. III. def.* 5. STRYK *ad* BRVNNEM. *ius eccl. lib. II. cap. XVIIII. §.* 29. BOEHMER cit. loc. §. 67. Ex quo patet,

tet, cur consistorii auctoritati relinquatur clericorum suspensio, depositio, remotio et degradatio, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. VII.* §. 11. et *lib. V. tit XXXVII.* §. 101. dissent. TITIVS *Kirchen-Recht lib. II. cap. IIII.* §. 49.

§. CCCCXXVIIII.

de in delictis ecclesiasticis communibus;

Nec minus b) *communia membrorum ecclesiae delicta ecclesiastica* siue *scandalum praebentia* ad consistorii cognitionem spectant, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. II.* §. 32. ita tamen, vt vindictam ciuitatis, si eam leges minantur, haud excludat, CARPZ. *prax. crim. qu.* 109. *n.* 31. SCHRADER *de causs. fori eccles. tit. XI.* §. 12. seqq. BOEHMER cit. loc. §. 36. Inde α) *caussa stupri et reliquorum carnis delictorum ad* consistorium pertinet, quatenus de poena ecclesiastica et de obligatione stupratoris ducendi vel dotandi stupratam sermo est, CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 231. *n.* 10. BOEHMER cit. loc. §. 28. non vero si de nuda satisfactione priuata et alimentatione partus quaeritur, *id. ibid.* MENOCHIVS *de arbitrar. iur. quaest. lib. II. cas.* 288. *n.* 21. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. XVIII.* §. 25. β) consistorium cognoscit de *exclusione indignorum a sacra coena*, BOEHMER

MER *cit. loc. lib. II. tit.* XXXXI. §. 53. seqq. et SPENER *vol. vlt. consil. theol. germ. cap. XI. art. VI. sect.* 14. pag. 587.

§. CCCCXXX.

nec non intuitu rerum ecclesiae.

Agmen caussarum ecclesiasticarum augent IIII) *controuersiae rerum ad* τὸ *suum ecclesiae pertinentium*, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. II.* §. 31. — Quales vero sint res ecclesiae, ex parte theoretica (lib. II.) constat. Ex quo sequitur, vt consistorium disponat 1) *circa litanias, si statae sunt*, BOEHMER *diss. praelim. ad tom. III. iur. eccl. prot.* §. 84. non vero de imperatis, multo minus de feriis diuinis, STRYK *vsu modern. digest. tit. de feriis* §. 1. et BOEHMER cit. loc. 2) *circa sepulturas*, quatenus de inhonesta quaestio non oritur, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. III. tit. XXVIII.* §. 37. seq.

LIBER

LIBER II.
DE
MODO PROCEDENDI IN CONSISTORIO.

TIT. I.
DE
PROCESSVS CONSISTORIALIS DEFINITIONE ET DIVISIONE.

§. CCCCXXXI.

Definitio et deuisio processus.

Ordo *in iure suo auctoritate magistratus prosequendo obseruandus* dicitur *processus.* Si 1) ordo vnice in essentialibus processus consistit; *processus* est *summarius*: si vero solennitates sub poena nullitatis simul obseruandae sunt; *processus ordinarius* oritur, *Fratris dilectiss. comp. prax. lib.* I. *cap* I. §. 3. Si 2) magistratus, cuius auctoritas adhibetur, est ecclesiasticus; ipse *processus* appellatur *consistorialis* seu *ecclesiasticus:* si alius; pro diuersitate qualitatis diuersis insignitur appellationibus, *id. ib.* §. 4. Denique 3) diuersitas iuris, quod quis persequitur in iudicio, suppeditat *processum matrimonialem, desertionis*; et sic porro.

§. CCCCXXXII.

§. CCCCXXXII.

Quia iura societatis ecclesiasticae, quae in parte theoretica fuere explicata, coram magistratu ecclesiastico ventilanda sunt; instituto nostro consentaneum erit, hoc loco explicare processum consistorialem; qui plura singularia admittit, testantibus LVDOVICI *in proc. consistor.* BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* III. per tot. aliisue. *Omnes caussae auctoritate consistorii explicandae ad summarium processum adstrictae sint*, BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* III. *cap.* II. § 1. CARPZ. *iurispr. consist. lib.* III. *def.* 27. seqq. et MEVIVS *part.* III. *dec.* 217. *n.* 5. Nec obstat, quod clericorum lites intuitu obligationum, quae ex eorumdem statu haud oriuntur, coram consistorio ortae, quo ob dicta (§. CCCCXXII. lit. d) trahi possunt, eodem ordine, vti aliorum ciuium caussae, cognosci et decidi debeant: teste BOEHMERO *iur. eccl. prot. lib.* II. *tit.* I. § 12. in fin.

Quod processus summarius hoc loco explicandus sit, euincitur.

§. CCCCXXXIII.

Quum itaque obligationes societatis ecclesiasticae eiusque ministrorum, qua talium, semper summarie tractentur in consistorio (§. pr.): sufficit explicare *summarium processum.* Quum vi definitionis processus summarius vnice essen-

Series dicendorum.

essentialia processus requirat (§. CCCC XXXI, n. 1.); haec vero in *libello*, *citatione*, *litis contestatione*, *probatione* et *sententia*, ex consensu practicorum, consistat: eadem pro instituti ratione ita exponam, vt singulorum essentialium intuitu processus consistorialis conuenientias cum aliis processibus summariis, et diuersitates paullo penitius eruantur.

TIT. II.

DE PARTIBVS PROCESSVS CONSISTORIALIS.

SECTIO I.

DE LIBELLO.

§. CCCCXXXIIII.

Libelli definitio et capita.

Quum quilibet iuri pro se introducto renunciare possit; patet, cur iudex in caussis ad interesse priuatum pertinentibus officium suum non interponat, antequam eius auxilium sit imploratum ab eo, qui iure agendi fruitur; BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. II.* §. 3. Eiusmodi *imploratio iudicis ad efficiendum, vt ea, quae secundum ius ab altero obtinenda sunt, obtineantur*, vocatur

tur *libellus*, vulgo *Klage.* Vi huius definitionis in omni libello supponitur 1) *ius seu legum dispositio*, quae vult, vt alter his vel illis sub circumstantiis sit obligatus: 2) has circumstantias in eo reperiri, qui conuenitur, quod *speciem facti* efficit; et 3) in reo eam obligationem adesse, cuius implementum obtinere vult actor auctoritate iudicis, quod *petitum* dicitur. Ius *maiorem propositionem*, species facti *minorem*, et petitum *conclusionem* sistit, *Fratris cariss. comp. prax. lib. II. cap. I. membr. I. §. 4.*

§. CCCCXXXV.

Singulae libelli partes explicantur.

Maior propositio, nimirum *ius*, in libellis omitti solet, quia eius scientia in iudice supponenda, nisi haec ratio cesset, vel saltim cessare praesumatur. Quapropter ipsum ius vtiliter exprimitur in libello, si actor nititur vel 1) consuetudine, vel 2) lege prouinciali aut statutaria, et agit coram supremo imperii iudicio; vel 3) lege raro obuenienti, *Dn.* SEYFARTS *Reichs-Process cap. I. §. 4.* *Minor propositio* seu *species facti* vnice contineat omnes illas circumstantias, quibus probatis constat, reum esse illum, quen lex seu maior propositio habere vult obligatum, *amantiss. Fratr. compend. prax. lib. II. cap. I.* mem-

membr. I. §. 4. *Petitum* denique hac ratione formandum est, vt de quali et quanto eius, quod a reo exigitur, exinde constet.

§. CCCCXXXVI.

Obseruationes circa contenta libelli.

Si ex his libelli requisitis aliquid omissum est; *libellus* dicitur *ineptus*, qualis esse potest inuoluens contradictionem, alternationem, petiti generalitatem. Qui statim reiiciendus, si ineptitudo est notoria, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXXII.* §. 36. si dubia, quouis modo conseruatur, GAILIVS *lib. I. obs. 66. n. 9.* MYNSINGER *cent. IIII. obs.* 5. conf. BOEHMER cit. loc. §. 37. Reiecto libello tamquam inepto, aptior potest offerri, refusis expensis, *cap.* 15. *X. de iudic.* BOEHMER c. l. *lib. II. tit. III.* §. 7. Libello additur *imploratio pro impetranda citatione* vel in peculiari scripto, vel ita, vt illi inseratur, *Fratris dilect. comp. prax. lib. II. cap. I. membr. I.* §. 1.

§. CCCCXXXVII.

Libelli species determinantur.

Differt libellus ratione modi proponendi. Si enim a) in scriptura offertur, est *scriptus*; si oretenus proponitur, *oralis* seu *nuncupatiuus*. Si b) singulae circumstantiae singularibus propo-

posi-

positionibus verbo *Wahr* inchoatis includuntur, est *articulatus*, Dn. SEYFFART *Reichs-Proceß*, *cap. I.* §. 3. qui tamen fere vbique prohibitus est, teste *Fratre amantiss. compend. prax. lib. II. cap. I. membr. I.* §. 3. *n.* 2. Hoc addo, quod libellis saepe *clausulae* inseri soleant, quae maxima ex parte superuacaneae sunt, conf. *Fratris dilectiss. comp. prax. cit. loc.* §. 13. seqq.

§. CCCCXXXVIII.

Singularia processus consistorialis circa libellum.

Ea, quae hactenus de libello dicta sunt, locum habent in consistoriis et aliis iudiciis, LVDOVICI *processus consistorialis*, *cap. VIIII.* per tot. et BRVNNEMAN. *iur. eccl. lib. III. cap. II.* §. 2. Sequuntur *singularia processus consistorialis circa libellum.* Nimirum 1) simplex narratio loco libelli admittitur, modo ex ea de actoris intentione constet, LVDOVICI *proc. consist. cap. VIIII.* §. 3. 2) si in libello malitiosus desertor accusatur; iudex implorandus est, vt desertor edictaliter citetur, eique iniungatur, quo legitimas desertionis caussas in medium proferat, se sistat, defendat, et decisionem in caussa exspectet, LVDOVICI cit. loc. §. 6. Caueri tamen debet, quod supra (§. CCCXXXII.) monui, ne haec et in posterum obue-

nientia singularia processus consistorialis trahantur ad lites clericorum ciuiles.

Sectio II.

DE CITATIONE.

§. CCCCXXXVIIII.

Citationis necessitas, definitio et diuisio.

Iudex legitime imploratus auxilium ferre debet, tamquam administrator iustitiae, actori, si hic fundatam habet intentionem. Eam ob rem reum vocat in iudicium; non vero eum inauditum condemnat. Inde ad doctrinam de *citatione* ducimur. *Haec* est *vocatio legitima auctoritate iudicis facta certum actum iudicialem iniungens*, *Fratr. cariss. comp. prax. lib. II. cap. II. membr. I.* §. 1. Quae differt 1) ratione *eius, qui iniungit expeditionem actus iudicialis.* Hic enim si α) talis, intra cuius districtum iurisdictionis citandus domicilium habet, est *immediata:* si β) talis, intra cuius districtum iurisdictionis citandus domicilium non habet, est *mediata.* In *hac* opus est requisitione iudicis, in cuius iurisdictionis districtu citandus domicilium habet. Quae requisitoriales litterae loqui debent *a)* caussam, cur

cur fiat citatio; *b*) clausulam *in subsidium iuris*; *c*) promissionem reciprocae humanitatis in simili caussa, et *d*) petitum certiorationis de facta insinuatione, *id. ibid.* §. 3.

§. CCCCXXXX.

Aliae citationis differentiae.

Porro citatio differt 2) *ratione loci*, vbi citandus certior redditur de voluntate citantis. Si *α*) hic locus est publicus; *citatio* est *publica*: si β) priuatus; citatio est *priuata*. *Haec* in regula locum habet: *illa* non; nisi citandus sit *a*) vagabundus *b*) ignotus, quale in concursu creditorum, intuitu creditorum ignotorum obuenit; *c*) citandi praesens domicilium non constet, aut *d*) iudex intuitu domicilii competens detrectet insinuationem. 3) *Priuata citatio differt ratione modi*, *quo expeditio iniungitur*. Qui enim vel *a*) per apprehensionem personae citandae suscipitur, et *realis* dicitur; vel *β*) sine ea, quae *verbalis*; et 4) si *haec* per scripturam declaratur, est *scripta*; si viua voce, *nuncupatiua*. *Verbalis* applicatur *a*) in criminalibus, *b*) cambialibus, et *c*) ob inobedientiam citandi. *Nuncupatiua* in caussis summariis, si citandus est inferioris conditionis; in reliquis casibus *scripta*. Conf.

Fratris dilectiss. comp. prax. lib. II. cap. II. membr. I. §. 4. seq.

§. CCCCXXXXI.

Reliquae citationis species suppeditantur.

Inter citationis differentias adhuc referri debet, quod 5) *vel ad totam caussam directa* sit, quae *generalis*, et, nisi mos iudicii exigat, adhiberi non solet: *vel ad singulares actus*, quae *specialis* dicitur; *Frater dilectiss. comp. prax. lib. II. cap. II. membr. I.* §. *6.* 6) *vel expeditio actus sub praeiudicio in caussa iniungitur, vel tale praeiudicium haud imminet*: illa *peremtoria*; haec *dilatoria* est. 7) *Dilatoria* si actus expeditur, licet haud compareat citatus, est *monitoria*; si actu expediri nequit, est *arctatoria*, *id. ibid.* §. 7. seq.

§. CCCCXXXXII.

Citationis contenta, insinuatio et effectus recensentur.

Contenta citationis ob finem, quem intendit iudex, sunt: quod 1) *tempus actus expediendi*, 2) *ipse actus*, 3) *nomen actoris, rei* et *iudicis*, 4) *locus*, vbi suscipiendus est actus, accurate exprimi debeant, *Fratris cariss. comp. prax. lib. II. cap. II. membr. I.* §. 9. seqq. Ipsa citatio *legitime insinuanda est citando*; et quidem α) per nuncium iuratum, β) personae citandae, vel vni ex eiusdem familia, et in subsidium, ad valuas aedium,

dium, et γ) de facta insinuatione testimonium ad acta ferendum est, quod loqui debet, cui, quando et quo loco insinuatio fuerit suscepta, *id. ibid.* §. 13. Legitime facta citatio haud caret *effectibus*, ratione *a*) obligationis iussui iudicis conformiter agendi, *b*) praeuentionis, *c*) litis pendentiae, et *d*) praescriptionis, *id. ibid.* §. 15. Notandum, quod impetrans citationem certior de citatione facta reddatur per notificationem; et si plures citari debeant, currens adhibeatur citatio.

§. CCCCXXXXIIII.

Singularia processus consistorialis circa citationem mediatam extra Saxoniam et in Saxonia communi:

Singularia processus consistorialis circa citationem obuenientia sunt: quod 1) *intuitu immediatae citationis* (§. CCCCXXXVIIII. n. 1. lit. *a*) non vbique eadem iura locum inueniant, LVDOVICI *Consistorial-Procefs cap. X.* §. 2. seqq. Etenim *a*) *extra Saxoniam* immediate citantur subditi eius territorii, intra quod iura consistorialia exercet iudicium ecclesiasticum, cuiuscumque sint conditionis, BRVNNEM. *ius eccl. lib. III. cap. II.* §. 11. *b*) *in Saxonia communi* consistoria *mediate* seu *adhibita requisitione* vocare solent, si excipias clericos eorumque familias, SCHILTER *iur. can.*

lib. I. tit. V. §. 16. in fin. et FRANZKIVS *lib. I. resolut.* 18. *n.* 16. et 17.

§. CCCCXXXXV.

nec non in Saxonia electorali.

In Electorali Saxonia c) mediata quoque adhibetur citatio, SCHILTER *inst. iur. can. lib. I. tit XV.* § 16. modo haec notentur iura singularia: quod α) citandus domicilium habens in territorio, intra quod consistorium auctoritatem exercet suam, intra districtum iurisdictionis magistratus, administratoria gaudentis iurisdictione, immediate citari possit, BERGER in *elect. discept. forens. tit. IIII. obs.* 4. *not.* 2. et HORN *iur. publ. prudent. cap. LVIIII.* §. 8. β) ad iudices patrimoniales intra districtum iurisdictionis consistorii, existentes requisitoriales quidem mittantur, omissa tamen voce: *in subsidium*, CARPZOV. *iurispr. consist. lib. III. def.* 19. LVDOVICI *process. consist. cap. X.* §. 5. in fin. et RIVINVS ad *ordin. process. Saxon. tit. IIII. enunc.* 36. et γ) ipsi ecclesiae ministri per superintendentem vocentur, CARPZOV. cit. *lib. III. def.* 20. *n.* 2. seq. LYNCKER *decis.* 895. in fin. et BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. III.* §. 16.

§. CCCCXXXXVI.

Singularia

Quantum 2) ad *citationis publicae* seu

seu *edictalis* (§. CCCCXXXX. lit. β.) *singularia* in consistoriis obuenientia attinet: notandum, eam contra malitiosum desertorem frequentem exhibere vsum; modo a) de loco, vbi reperitur desertor, haud constet, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. II. cap. XVII.* §. 27. et b) ipsi citationi tres distincti termini inserantur, BRVNNEM. cit. loc. *lib. III. cap. II.* §. 14 quorum singuli specialis negotii expeditioni in Saxonia destinantur, nimirum α) *zur Anhoerung der Desertions Klage*, β) *zur Ausführung derer Ehehaften*, et γ) *zur Anhoerung eines Vrtheils*, CARPZ. *iurispr. consistor. lib. III. def. 61. n. 15.* seq.

processus consistorialis circa citationem edictalem.

§. CCCCXXXXVII.

Continuatio.

Inter *singularia processus consistorialis circa citationem edictalem* vlterius referri debet, quod c) in terris trium diuersorum dominorum territorialium, KAYSER in *prax. crimin. part. II. §. 17.* pag. 51. CARPZ. *prax. crim. quaest.* CXXXX. *n. 69.* seq. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. II.* §. 16. et quidem d) in portis aedium sacrarum affigantur eiusmodi citationes, LVDOVIC. *proc. consist. cap. X.* §. 14. et e) vbi vsus fori suadet, finita concione coetui ecclesiastico a parocho praelegantur, BOEH-

MER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. III.* §. 12. seq. Denique f) in ipsa citatione tempus affixarum et refixarum tabularum notari, et hoc modo ad iudicem citantem in originali remitti debent, *id. ibid.* §. 15.

§. CCCCXXXXVIII.

Obseruationes circa citationem secundum processum consistorialem.

De citatione consistoriali hoc adhuc notes velim, quod ex officio non solum in delictis decerni soleat, sed etiam in quibuscumque aliis caussis, vbi scandalum metuendum, adeoque α) in caussis matrimonialibus, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXXII.* §. 19. β) si desponsati ad consummationem sponsaliorum adigendi videntur, MEVIUS *part. VI. decis.* 61, et CARPZ. *iurispr. consist. lib. II. def.* 132. γ si pro conseruatione legati piae caussae relicti laborandum, BOEHMER cit. loc. *lib. III. tit. XXVI.* §. 32. denique δ) citatio ex officio locum inuenit contra desertorem, CARPZ. cit. loc. *lib. III. def.* 63. et BRUNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. II.* §. 17.

SECTIO

Sectio III.

DE

LITIS CONTESTATIONE.

§. CCCCXXXXVIIII.

Litis conteſtationis definitio et nexus dicendorum.

Inter eſſentialia proceſſus *tertium* locum occupat *litis conteſtatio* (§. CCCCXXXIII.), ſub qua intelligimus *actum iudicialem, quo conſtat, quatenus reus libelli contenta pro veris agnoſcat.* Quum itaque hactenus de libello et citatione actum ſit, videndum omnino, quid circa litis conteſtationem iuſtum ſit. Quod vt accurate ſuſcipiatur, diſtinguamus, vtrum praeuia citatione litigantes in termino, quo ad libellum reſpondendum eſt, iuſſum iudicis negligant; an eidem conuenienter agant. Si hoc accidit; accurate conſiderandum eſt, quid in termino actum reſponſionis antecedere, concomitari et ſequi debeat. Inde omnis doctrina de litis conteſtatione, pro inſtituti noſtri ratione eruenda, ad quatuor capita reuocari poterit; ita vt 1) de *neglectu iuſſus iudicis,* 2) de *iis, quae actum litis conteſtationis praecedunt,* 3) de ipſa *reſponſione ad libellum,* et 4) de iis, *que eamdem immediate ſequuntur,* ſermo eſſe debeat.

§. CCCCL.

§. CCCCL.

Contumaciae definitio et poena determinatur.

Quantum I) ad *neglectum iussus iudicis* (§. *pr. n.* 1.) distingui debet, vtrum illi, qui moraliter eumdem negligit, hoc imputari possit, seu in dolo aut culpa sit; an vero neglexerit, quia non potuisset conuenienter agere, licet voluisset, et debitam adhibuisset diligentiam. Priore casu litigans dicitur *contumax*; posteriore vero hac appellatione venire nequit. Ille, qui iussum iudicis dolose aut culpose negligit, delinquit, ideoque punitur vel restitutione impensarum tantum, quae *poena contumaciae generalis*, vel praeter eam praeiudicium intuitu actus iniuncti sentit, quae *specialis* appellatur, *Fratr. dilectiss. comp. prax. lib. II. cap. III. membr. I.* §. 6.

§. CCCCLI.

Quando poena contumaciae locum habeat.

Vtraque poena in eo conuenit, quod supponat, 1) contumacem legitime vocatum esse ad actum expediendum, quum alias citatio sit nulla; 2) hunc actum ita esse comparatum, vt absente vocato eadem ratione expediri nequeat, ac si praesens fuerit, seu citationem non esse monitoriam; 3) tempus ad expediendum actum iudicialem litiganti praescriptum seu terminum plene elapsum esse;

eſſe; 4) legitime eſſe accuſatam contumaciam in caſibus, vbi ſpatium dilationem in aliud tempus admittit, et 5) additum eſſe petitum ſpeciale et congruum, *Fratr. amant. comp. prax. lib. II. cap. III. membr. I.* §. 4. ſeq. Vt autem, praeter *expenſarum refuſionem, praeiudicium,* quod in eo conſiſtit, *quod actus expediendus in praeiudicium eius, qui contumax eſt, pro omiſſo aut peracto reputatur,* in cauſſa locum habeat, opuseſt, vt iniunctio ad expediendum actum iudicialem talis ſit, ob cuius omiſſionem lex aut iudex in ipſa citatione hanc ſpecialcm minetur poenam. Poſterius tamen iudex primae citationi haud inſerit, niſi lex eidem hoc praecipiat, *id. ibid.* §. 7. *n.* 1.

§. CCCCLII.

Quando ceſſat poena contumaciae.

Ipſa *contumacia, adeoque eiusdem poena ceſſat,* ſi omiſſio actus litiganti imputari nequit (§. CCCCL.). Hoc accidit, 1) ſi actus expediendus in aliud tempus differtur, ſeu terminus prorogatur; 2) ſi omittens probare poteſt, quod caſu fuerit impeditus, ſeu legitima docere poſſit impedimenta; 3) ſi illa ab aduerſario non peracta, quae actum iniunctum praecedere debent, ſeu alter officio ſuo non ſatisfecit; vel

4) pla-

4) plane non comparuit, aut 5) iudex in iudicio tempore actus in loco iudicii peragendi non fuit praesens. Quibus posterioribus tribus casibus *terminus* dicitur *circumductus*, *Fratr. suauiss. comp. prax. lib. II. cap. III. membr. I.* §. 2. §. 5. *n.* 5. §. 8. et 9.

§. CCCCLIII.

Diuersis modis contumaciae committitur.

Quia vero vi definitionis contumaciae (§. CCCCXXXXVIIII.) dolosa aut culposa omissio actus iudicialis iniuncti contumaciam inducit; sequitur, *vt ille non solum contumax dici possit*, *qui non comparet determinato tempore*, *sed etiam ille*, *qui quidem venit iusto tempore*, *ast non legitime*, id est, si curatore aut tutore gaudet, hic abest; nec non, si per procuratorem actum expedire libet, hic legitimo mandato haud instructus adest, de quo *Fratr. cariss. comp. prax. lib. II. cap. IIII.* per tot. Quid? quod ille quoque contumax est, *qui legitime comparens actum iniunctum secundum formam in legibus processualibus determinatam haud peragit*, *id. ibid. lib. II. cap. III. membr. I.* §. 4. *n.* 3.

§. CCCCLIIII.

Singularia processus

Singularia processus consistorialis *circa contumaciae poenam specialem* (§. CCCCLI.)

CCCCLI.) sunt: quod in caussis matrimonialibus a) alibi rei contumacia non poena confessi et conuicti coerceri soleat; sed potius per actoris missionem in bona contumacis rei: quale quid in primis obuenit, si quis sponsalia per copulam carnalem consummauerit, et copulam sacerdotalem detrectet, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. II.* §. 18. et CARPZ. *iurispr. consist. lib. III. def.* 20. *n.* 9. b) alibi, siue actor, siue reus contumax sit, in poenam pecuniariam condemnetur, ideoque exsecutionem pati debeat, LVDOVICI *proc. consist. cap. XI.* §. 6. c) alibi contumaci actori denegetur audientia, donec citationi conformiter egerit, BRVNNEM. cit. loc. §. 20. aut d) constituatur sequester, CARPZ. cit. loc. *n.* 9. et 10. immo e) viduae ministrorum ecclesiae in Saxonia sub poena amittendi annum gratiae saepe vocentur, CARPZ. cit. loc. *n.* 12. seq.

consistorialis circa contumaciae poenam;

§. CCCCLV.

Ratione *obligationis legitime comparendi in persona* stipata curatore aut tutore, si litigans talem habet, vel, si lubet, per procuratorem, satis tamen legitimatum (§.CCCCLIII.), hoc in processu consistoriali singulariter statutum est, vt *a*) femi-

et intuitu obligationis legitime comparendi in consistorio.

feminae, quae in Saxonia curatore egent, si in iudicio comparere volunt, in ipsis foris Saxonicis eodem carere possint in caussis matrimonialibus, CARPZ *iurispr. consist. lib. III. def.* 31. *n.* 7. seqq. et β) alibi quoque minorennes, destituti curatoribus, in caussis matrimonialibus omnia legitime expedire queant, *cap.* 3. *de iudiciis in* 6. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. XXV.* §. 8. BERGER *elect. process. matrim. th.* 16. et RIVINVS ad *ordin. proc. Saxon. tit. VIII. enunc.* 3. dissent. PVFENDORF. *obseruat. iuris vniuersi obs. XI.* nec non γ) in eiusmodi caussis matrimonialibus haud raro in persona comparere debeant, LVDOVICI *process. consist. cap. XIII.* §. 2. et BERGER cit. loc.

§. CCCCLVI.

Actus litis contestationem praecedentes recensentur.

Sequitur II.) explicatio eius, *quod actum litis contestationis praecedere debet* (§. CCCCXXXXVIIII. n. 2.). Huc pertinet, 1) quod transactionem seu pactum, quo litigantes componunt litem, promouere debeat iudex, praesertim in primo termino. Conf. *Fratr. aestumatiss.* diss. *de officio iudicis circa amicab. composit.* Lite per transactionem haud composita, 2) litigantes extra Saxoniam *iusiurandum calumniae generale* praestant,

ſtant, ſiue *litigans ope iurisiurandi aſſerit, ſe cauſſam ſuam iuſtam credere, et deſiſtere promittit a lite, eius in iuſtitia comperta.* 3) Actor repetit actionem ſuam et exigit a reo legitimam reſponſionem ad libellum.

§. CCCCLVII.

Continuatio.

Reus 4), ſi vult, antequam litem conteſtatur, *exceptiones* opponit *dilatorias*, quae ſunt *exceptiones ſeu defenſiones contra intentionem aduerſarii, quibus actoris intentio ad tempus differtur.* Quae omnes ad *quatuor claſſes* referri poſſunt. Etenim ſpectant vel α) iudicium et perſonas ibi occurrentes, quae *fori declinatoriae* appellantur; vel β) aduerſarium principalem aut minus principalem; vel γ) libellum et proceſſus formam; vel δ) merita cauſſae. Conf. *Fratris mei comp. prax. lib. III. cap. II. membr. I.* §. 3. ad 6. Si denique 5) reus habet *exceptiones peremtorias*, id eſt, *quae fundamentum actionis deſtruunt, quas in continenti probare poteſt*, et *litis ingreſſum impedientes* nominantur; eas ante litis conteſtationem legitime opponit, *id. ibid.* §. 7.

§. CCCCLVIII.

Singularia

Ad *ſingularia* proceſſus conſiſto-

processus consistorialis circa actus litis contestationem praecedentes;

rialis *circa ea, quae litis contestationem praecedunt*, quod attinet; notes velim, quod a), quantum ad *transactionem* (§. CCCCLVI. *n.* I.), consistorium *α*) pro consummatione celebratorum sponsaliorum potius, quam pro eorumdem dissolutione laborare debeat, licet haec inualida dici nequeat, PVFENDORF *obseruat. iur. vniuers. obseru.* LXXVI. *β*) transactio vero de remittendo matrimonii vinculo sit nulla, BERGER *elect. proc. matrim. thes.* 42. Quod b) attinet ad *exceptiones dilatorias* (§. *praec. n.* 4.); earum vsus in quibusdam caussis ecclesiasticis in ordinationibus hinc inde restrictus est, LVDOVICI *proc. consist. cap.* XII. per tot. RIVINVS *ad ordin. proc. Saxon. tit.* XIII. *enunc.* 3.

§. CCCCLVIIII.

et speciatim intuitu exceptionum dilatoriarum.

Inter *exceptiones dilatorias* in foris ecclesiasticis exsules potissimum referri debent, a) quae apices iuris et rationem processus ordinarii tangunt, vt *libelli inepti*, *termini nimis angusti*, et sic porro, BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* III. *cap.* III. §. 2. In caussis matrimonialibus haud attenditur b) *exceptio deficientis curatoris*, quod ad minores (§. CCCCLV. lit. β): c) nec feminae maiorenni in Saxonia exceptio deficientis

cura-

curatoris valide opponitur, CARPZ. *iurispr. consist. lib.* III. *def.* 31. *n.* 6. et BERGER *elect. proc. matrimon.* §. 17. d) nec in Saxonia *exceptionem guarandae* attendunt consistoria, CARPZ. cit. loc. *def.* 17. *n.* 11. et e) ibidem *exceptio cautionis pro expensis refundendis* reiicitur, LVDOVICI *proc. consist. cap. XII.* §. 5. CARPZ. *defin. forens. part. I. const. V. def.* 27. *n.* 1. et BERGER cit. loc. §. 21. nec f) desunt casus, vbi in consistoriis haud admittitur *exceptio spolii*; quos recenset LVDOVICI cit. loc. §. 11. ad fin.

§. CCCCLX.

Litis contestationis species determinantur.

Ordo tangit III) ipsam *responsionem ad actoris libellum* (§. CCCCXXXXVIIII *n.* 3.). *Litis contestatio*, cuius definitionem supra (§. cit.) suppeditauimus, *differt* a) *ratione declarationis.* Si enim α) factis declaratur; oritur *implicita* seu *ficta litis contestatio*, quale factum concludens est, si reus ad eam peremtorie citatus contumax est: si verbis declaratur, dicitur *explicita* seu *vera.* *Haec* b) prout ita instituitur, vt omnia capita libelli pro veris agnoscantur, *affirmatiua*; vel non concedantur omnia capita, quae *negatiua* nominatur. *Haec* iterum c) in *generalem* et *specia-*

lem diuiditur; quarum *illa* generali formula: *nego narrata, prout narrantur, et petita, prout petuntur,* absoluitur, atque in *rec. imp. de anno* 1654. §. 37. prohibita; *specialis* autem responsionem ad singula capita libelli directam continet. *Frater cariss. compend. prax. lib. III. cap. III. membr. I.* §. 2. seq.

§. CCCCLXI.

Continuatio.

Praeterea distinguitur litis contestatio, et quidem *specialis* d) *ratione formae*. Quando ad quaslibet circumstantias cuiusuis libelli capitis sigillatim respondetur; oritur *solennis litis contestatio*, vulgo *Kriegs-Befestigung*: opposito vero casu *minus solennis*, vulgo *Einlassung*, item *summarische Antwort*. Eadem *specialis* litis contestatio adhuc diuiditur e) in *conditionatam* seu *euentualem*, et *puram*: quarum *illa* praemissis exceptionibus dilatoriis suscipitur; *haec* sine illis. *Frater meus comp. prax. lib. III. cap. III. membr. I.* §. 2. *n.* 1. et 3.

§. CCCCLXII.

Modus litem contestandi describitur.

Intuitu *modi respondendi ad libellum actoris* eatenus conuenit modus procedendi in consistoriali et ciuilibus foris, vt fieri debeat 1) tempestiue, id est, statim in primo termino, saltim euentua-

tualiter, 2) ad singula libelli capita ita, vt 3) facta propria vel affirmentur vel negentur, et ad aliena tantum nesciendo responderi queat, 4) sine captiosis coniunctionibus aut separationibus, 5) sine appendice et additamento exceptionum peremtoriarum, *Frater dilectiss. comp. lib. III. cap. III. membr. I.* §. 4.

§. CCCCLXIII.

Singularia processus consistorialis circa ipsam contestationem.

Singularia processus consistorialis circa ipsum litis contestationis actum leuia sunt, et his paucis comprehendi possunt regulis: quod litis contestatio a) in caussis ecclesiasticis, quia, si de caussis clericorum ciuilibus haud est sermo, vti supra (§. CCCCXXXII. seq.) monui, summarius processus locum habet, minus solenniter suscipienda, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. V.* §. 16. et b) in caussis matrimonialibus, ex obseruantia quorumdam locorum, ab ipso reo in persona instituenda sit, quo ex gestibus, vultu, aliisque indiciis eo magis veritas erui possit, BOEHMER cit. loc. *lib. I. tit. XXXVII.* §. 2. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. III.* §. 1.

§. CCCCLXIIII.

Actus, qui litis

Denique *III.*) de iis, *quae litis contestationis actum immediete sequuntur*, ser-

 mo

contestationem immediate sequuntur. mo esse debet (§. CCCCXXXXVIII. *n.* 4.). Reus nimirum 1) opponit, si quas habet, *exceptiones peremtorias*, seu *fundamentum agendi destruentes*. De quibus notes velim, α) quod regulariter eidem positioni, quae continet responsionem ad libellum, sint adiiciendae, *Frater meus comp. prax. lib. III. cap. III. membr. I. §. 6.* β) earumdem caussa et fundamentum sit adiiciendum, *id. ibid.* §. 7. Iudicium 2), absolutius litigantium positionibus, secundum obseruantiam plurimorum locorum, fert sententiam, in qua, si reus per exceptiones litis ingressum impedientes fundamentum agendi haud plenarie sustulit, determinatur, a quo et intra quod tempus probatio suscipienda sit, LVDOVICI *proc. consist. cap. XIII.* §. 4. Circa has exceptiones nihil singulare in processu consistoriali obuenit, teste LVDOV. cit. loc. §. 7.

SECTIO IIII.

DE PROBATIONE.

§. CCCCLXV.

Probationis spec. es determinantur. Litis contestationem excipit *quartum processus substantiale*, nimirum pro-

probatio (§. CCCCXXXIII.), quae est *actus processus substantialis*, *quo iudici de facto dubio fit fides*. Probatio *differt* 1) ratione *modi*: prout enim adhibitis omnibus solennitatibus instituitur, vel ad omnia solennia haud adstrictus est probans; vel *probatio in specie talis* seu *solennis*, vulgo *Beweiss*, vel *demonstratio* seu *minus solennis probatio*, vulgo *Bescheinigung*, appellatur, *Frater dilectiss. comp. prax. lib. IIII. cap. I. membr. I.* §. 3. *n.* 2. 2) ratione *finis*: illa enim, quae ad probandam veritatem asserti, quo nititur, directa est, dicitur *offensiua* seu *probatio proprie talis*, vulgo *Beweiss*; ea vero, quae tendit ad falsitatem eius euincendam, quod alter asserit, nomine *probationis defensiuae* seu *reprobationis*, vulgo *Gegen-Beweiss*, venit.

§. CCCCLXVI.

Continuatio.

Quatenus 3) reus in reprobatione directo contrarium eius, quod est in intentione actoris, deducit; eatenus oritur *elisiua reprobatio*: quatenus vero per consequentiam, dum veritas exceptionum peremtoriarum euincitur; eatenus *reprobatio in specie talis dicitur*. Probatio differt 4) ratione *mediorum*, quibus iudex de veritate articulorum certior redditur. Quae si ex

praesumtionibus petuntur, oritur *artificialis*; si vero in iisdem haud consistunt, *inartificialis* appellatur. Eiusmodi *media inartificialis probationis* sunt α) testes, β) documenta, et γ) iurisiurandi delatio. Porro probationis distinctio peti potest 5) ab *effectu*. Ea enim, quae iudici de omnibus argumentis veritatem facti dubii inducentibus fidem faciunt, est *plena* seu *perfecta probatio*. Ea vero, quae de quibusdam tantum argumentis fidem facit, *minus plena* seu *imperfecta*, *Frater meus comp. prax. lib. IIII. cap. I. membr. I. §. 3. n. 1.* et 3. quae *maior* est, si plura argumenta pro probante, quam contra eamdem; et *minus plena minor*, si plura argumenta contra probantem, quam pro eo militant.

§. CCCCLXVII.

Modus condendi articulos.

A probationum diuisione ad *modum easdem in foris instituendi* pergo. Ea, *quae* 1) *probari debent*, sunt a) *ex parte actoris* α) veritas eorum libelli capitum, quae aduersarius in dubium vocauit, β) falsitas exceptionum peremtoriarum. b) *Ex parte rei* deduci solet α) falsitas earum libelli circumstantiarum, quas in litis contestatione haud concessit, et β), quod magis necessarium

um eſt, veritas exceptionum peremtoriarum. Exinde 2) cuilibet litiganti a) patent propoſitiones probandae; quarum b) medios terminos, et c) horum medium probandi, vtrum artificiale an inartificiale in promtu ſit, quaerit. His rite ordinatis, 3) ex quouis medio termino et propoſitione probanda componit *articulum*, ſeu *propoſitionem voce wahr aut nicht wahr inchoatam*: et 4) cuilibet articulo medium terminum inuoluenti ſubſcribi ſolet medium probationis, v. c. probatur per teſtes; et articulo propoſitionem probantem inuoluenti ſubſignatur, ex quibus praecedentibus eiusdem veritas pateat.

§. CCCCLXVIII.

Quid vlterius ad formam articulorum pertineat.

Neque minus ad formam ipſorum articulorum ſpectat, quod 5) ad finem perductis articulis addi debeant *a*) eorum *documentorum*, quibus vti vult probans, *copiae*, ad quoduis probationis momentum pertinentes; et *b*) *deſignatio teſtium* cum *directorio* ſeu *indice articulorum*, ſuper quibus teſtes examinandi ſunt. *Frater amantiſſ. comp. prax. lib. IIII. cap. I. membr. I.* §. 7. *n.* 6. Articuli cum copiis documentorum, deſignatione teſtium et directorio 6) offeruntur iudici intra terminum praefi-

 xum

xum lege vel sententia interlocutoria (§. CCCCLXIIII. *n.* 2.); et quidem 7) mediante *schedula oblationis.*

Contenta schedulae oblationis.

§. CCCCLXVIIII.

In hac *schedula a*) exprimitur caussa, quam probatoriales articuli respiciunt: *b*) petitur constitutio termini productionis, ita vt *c*) aduersario comparitio in termino iniungatur, simulque *d*) cum eodem articuli cum annexis communicentur. Praeterea iudex in eadem schedula rogatur, vt *e*) recognitionem documentorum praeuia productione in originali, et *f*) responsionem ad articulos, super quibus iusiurandum defertur, iniungat aduersae parti, et *g*) testes legitime vocet in iudicium: si nimirum probans his probationis mediis vsus fuit, *Frater meus comp. prax. lib. IIII. cap. I. membr. II.* §. 4. Notes velim eum, qui documentis aut testibus in probatione sua vtitur, *producentem*, eumque, contra quem eiusmodi probationis media adhibet, *productum* appellari.

Officium producentis in termino productionis.

§. CCCCLXX.

In ipso *termino productionis* 1) *producens* prouocat productum *a*) ad recognitionem documentorum, quae in originali

ginali exhibet, β) ad responsionem intuitu eorum articulorum, super quibus iusiurandum detulit, et γ) producit testes, ita vt eos, qui comparuerunt in persona, in iudicio sistat, et praesentes exhibeat; reliquos vero absentes tamquam praesentes producat, addito petito, vt hi mandatis poenalibus ad comparitionem cogantur, *Frater meus comp. prax. lib. IIII. cap. II. membr. I.* §. 3. *cap. III. membr. I.* §. 5. et *cap. IIII. membr. II*, §. 3.

§. CCCCLXXI.

Officium producti in eodem termino.

Neque 2) *productus* in hoc termino suo destituitur officio. Etenim *a*) si fatale probationis videtur neglectum, hoc vrget; *b*) contra articulos et media probationis, si haec videntur inhabilia, excipit. Si vero *c*) non plene probantia apparent, reseruare potest exceptiones ad disputationes super efficacia probationis instituendas; et *d*) saluis hisce exceptionibus α) testes ad examen admittit; β) ad articulos respondet, et γ) documenta recognoscit, nisi diffiteri priuata velit. Denique *e*), si e re sua videatur, *interrogatoria* offert, quae prout inquisitionem in fidem testium, vel in veritatem depositionis directam pro fine habent, aut *generalium*, aut *spe-*

specialium nomine veniunt, *Frat. meus comp. prax. lib. IIII. cap. II. membr. I.* §. 4. *cap. III. memb. I.* §. 4. 6. seqq.

§. CCCCLXXII.

et ipsius iudicis.

Denique 3) *iudex* in hoc termino *a*) *circa testes* officium suum ita adhibet, vt *α*) plane et sine dubio inhabiles reiiciat, *β*) reliquos ad praestandum iuramentum testimoniale in praesentia litigantium, praeuia admonitione de vitando periurio, adigat; quo praestito, *γ*) partibus et reliquis testibus remotis vnum post alterum super articulis et interrogatoriis ita interrogat, vt 1) depositionem ad interrogatoria generalia, 2) ad eos articulos, super quibus producens in directorio examen petiit, et 3) post quemlibet articulum, ad ea interrogatoria, quae eumdem articulum spectant, accurate consignet, nec non 4) ante testis dimissionem eidem depositionem suam praelegat, et postea 5) imposito silentio eumdem dimittat, *Frat. cariss. comp. prax. lib. IIII. cap. III. membr. I.* §. 9. seq.

§. CCCCLXXIII.

Continuatio.

Hoc examine peracto, iudex *b*) *rotulum* componit seu *instrumentum publicum*, in *quo depositiones omnium testium* inter-

interrogatoriis generalibus, articulis et interrogatoriis specialibus subiiciuntur: c) ex obseruantia plurimorum locorum *sententia interlocutoria* fertur, *in qua super documentorum recognitione et responsione ad articulos, quorum intuitu iuramentum est delatum, statuitur*; et *d)* praeuia imploratione rotulum cum partibus communicat. *Frat. meus comp. prax. lib. IIII. cap. III. membr. I.* §. 11.

§. CCCCLXXIIII.

Effectus sententiae interlocutoriae ratione diffessionis et iuramenti delati pronunciatae.

Si producto in hac sententia interlocutoria (§. pr. *lit. c.*) 1) *diffessio* permissa est; hic se offert iusto tempore, atque termini iurandi constitutionem petit, in quo ipsum iusiurandum praestatur, nisi producens veritatem documenti per testes aut comparationem litterarum euincere audeat. Si 2) in eadem sententia *praestatio iurisiurandi* producto imposita est eorum articulorum ratione, ad quos negando respondit; hic iusto tempore se offert ad iurandum, constitutionemque petit termini iuratorii, in quo deferens antea de calumnia iurat, nisi iusiurandum referre velit deferenti, vel ex moribus quorumdam locorum probationem conscientiae suscipere placeat, *Frat. meus comp. prax. lib. IIII. cap. II. membr. I.* §. 16.

§. 6. seqq. et *cap. IIII. membr. I. §.* 6. seqq.

§. CCCCLXXV.

Iura reprobationis.

Ille, contra quem probatio fuit instituta, legitimo tempore *reprobationem* suscipit. Huius definitionem supra (§. CCCCLXV. *n.* 2.) exhibuimus, et in regula iisdem iuribus fruitur, quae hactenus de ipsa probatione fuere enumerata; nisi quod *a*) ante publicationem rotuli (§. CCCCLXXIII. *lit. d.*) suscipienda sit, si reprobans testibus vti velit, *b*) ille, qui in reprobatione documentis aut testibus vtitur, audiat *reproducens*, et is, contra quem eiusmodi adhibentur media, *reproductus*. Plura dabit *Frater comp. prax. lib. IIII. cap. VI.* per tot.

§. CCCCLXXVI.

De attestationum disputationibus.

Quibus peractis intra constitutum lege tempus *attestationum disputationes*, vulgo *Verfahren über Beweis vnd Gegenbeweis*, suscipiuntur, quae sunt *litigantium exhibita, quibus probationes proprias defendunt et aduersarii impugnant.* Cumulus quaestionum, quas continere debent eiusmodi attestationes, si legitimo ordine et modo proponuntur, iudicem de efficacia probandi facile instru-

ere

ere poteſt. Ideo ſchema paucis exhibebo verbis, ex quo ſeries capitum, quae inuoluere ſolent hae atteſtationes, facili negotio poterit perſpici. Poteſt enim quilibet litigantium in ſuo exhibito exponere A) *ſpeciem facti*, ita vt aduerſarii, quatenus minus fundata, refutare ſtudeat ex actis et probatis; B) *quid probatum ſit*, et quidem I.) *efficaciam propriae probationis*, *a*) quod ad *formalia*, dum allegatis actorum foliis euincit, quod omnia probationis fatalia rite obſeruauerit; *b*) quod ad *materialia*, dum 1) pertinentiam articulorum declarat, 2) media probationis, quibus vſus eſt, ita deducit, vt *α*) idoneitatem ſingulorum adſtruat, et *β*) vim probandi explicet.

§. CCCCLXXVII.

Continuatio.

Efficacia propriae probationis ex actis et probatis deducta progreditur II.) ad *aduerſarii probationem.* In qua *a*) notat, quae circa formalia videntur neglecta; *b*) quod ad materialia, deducere ſtudet 1) impertinentiam articulorum; et 2) media probationis aggreditur, dum *α*) eadem inidonea, atque *β*) vi probandi deſtituta eſſe oſtendit. Aduerſarius eodem ordine aduerſae partis probationem impugnat, et ſuam de-

defendit contra aduerſae partis aggreſſus. Quod continuatur, ſi plures, quam duae poſitiones conceſſae ſunt, *Frater meus comp. prax. lib. IIII. cap. VII. membr. I.* §. 1. ad 6. et *memb. II.* §. 1. ſeqq.

§. CCCCLXXVIII.

Singularia proceſſus conſiſtorialis ratione teſtium.

Singularia, quae circa demonſtrationem et redemonſtrationem in cauſſis eccleſiaſticis inſtituendam occurrunt, pertinent I.) ad *media probationis ordinaria*, quae ſupra (§. CCCCLXVI. *n.* 4.) enarrauimus. Etenim quantum *a*) ad *teſtes* attinet: *α*) in cauſſis, quae ſummarie tractantur in conſiſtorio, vnicus teſtis, ſi omni exceptione maior eſt, ſufficit, LVDOVICI *proc. conſiſt. cap. XIIII.* §. 3. in fin. *β*) Iudaei pro teſtibus ſuſpectis, non tamen pro plane inhabilibus habentur, LVDOVICI cit. loc. §. 7. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. IIII.* §. 19. nec *γ*) teſtibus iusiurandum teſtimoniale remitti poteſt, licet conſentiant vtrique litigantes, LVDOVICI cit. loc. §. 13. et MEVIVS *part. IIII. dec.* 76.

§. CCCCLXXVIIII.

Continuatio.

Inſuper circa *teſtes* in proceſſu conſiſtoriali notatu dignum, quod *δ*) ipſi praelati et reliqui clerici poſſint eſſe teſtes

testes in caussa ecclesiae suae, *can.* 15. *C.* 2. *q.* 7. MASCARD. *de probat. concl.* 306. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. IIII.* §. 14. modo caussa principaliter ad ecclesiam aut successores in munere, non vero personam clerici aut eius heredem spectet, BRVNNEM. cit. loc. Denique *ε*) parentes pro liberis in negotio matrimoniali testimonium dicere possunt, *cap.* 3. *X. qui accus. matrim.* CARPZ. *iurispr. consist. part. I. const. XVI. def.* 49. STRYK ad BRVNNEM. cit. loc. §. 15. LAVTERB. *colleg. theoret. pract. tit. de test.* §. 29. et PVFENDORF *in obseruat. iuris vniuers. obs. XVI.*

§. CCCCLXXX.

Singularia ratione iuramenti delationis;

Singularia porro admittit processus consistorialis *b*) ratione delationis *iurisiurandi*, quod contra matrimonium contractum iurisiurandi delatio non procedat, HILLIGER *ad* DONELL. *lib. XXIIII. cap. XVII. lit. i.* CARPZ. *iurispr. consist. lib. III. def.* 44. GAIL. *lib. II. obs.* 94. *n.* 13. seq. BARTH. diss. *de iuram. iudicial. contra. matr. non admittendo*, KEMMERICH. progr. *an iurisiur. delat. contra matrim. habeat locum:* licet contra contrahendum matrimonium omnino admittendum sit, WERNHER diss. *de vi et effic. iuram. in confirm. caus. matrim.*

LVDOVICI *proc. consist. cap. XV.* §. 5. et PVFENDORF *obs. LXXXIII.* et ib. cit. et stupratori concubitum neganti deferri possit iusiurandum, *cap. vlt. X. de iure-iur.* ZIEGLER *ad* LANCELOT. *lib. III. tit. XIIII.* §. 37. BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. V.* §. 3. dissent. CARPZ. *part. I. const. XII. def.* 31.

§. CCCCLXXXI.

nec non intuitu documentorum et lapsus termini probatorii.

Porro processus consistorialis singulariter statuit, vt c) *documenta* ab ipso reo ad probandum fundamentum agendi edantur in caussa matrimoniali, BERGER *elect. proc. matrim. th.* 38. BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap IIII.* §. 10. et ZIEGLER *ad* LANCELOT. *lib. III. tit. XIIII.* §. 5. Tandem II.) *elapso termino probatorio* in caussa matrimoniali facile admittitur probatio, *cap. 5. X. de sentent. et re iudic.* BERGER cit. loc. *th.* 40. et BRVNNEM. cit. loc. §. 12. et 20.

SECTIO V.
DE SENTENTIA.
§. CCCCLXXXII.

Sententiae definitio et diuisio.

Vltimum restat *modi procedendi in foro essentiale*, puta *sententia* (§. CCCCXXXIII.),

XXXIII.), quae est *circumstantiae controuersae determinatio auctoritate iudiciali facta.* Haec *differt*, prout circumstantia controuersa, quae determinatur, est ea ipsa, quam auctor in libello proposuit, vel punctum incidens: illa vocatur *definitiua*; haec *interlocutoria.* Interlocutoria, si eruit punctum incidens, quod merita caussae in iudicium deductae respicit, dicitur *interlocutoria mixta: simplex* vero, seu *mera*, si ea non attingit; veluti, si per sententiam modus procedendi in foro praescribitur, si competentia iudicis determinatur, et sic porro. *Frater amant. comp. prax. lib. V. cap. I. membr. I. §. 1.*

§. CCCCLXXXIII.

Sententiae definitiuae diuisio et modus eam conficiendi.

Nobis hoc in loco de *definitiua* sermo est, quae est essentiale, atque in processu summario semper occurrit. Distinguitur sententia definitiua: si enim reum condemnat, est *condemtoria;* si reum absoluit, est *absolutoria;* si partim reum condemnat, partim absoluit, est *definitiua mixta.* Hae definitiuae in forma et effectu eatenus A) conueniunt, quod, quantum I) ad *formam*, a) caussa et nomina litigantium sint exprimenda; b) obligationes cuiuspis litigantis principales et minus prin-

cipales, ratione quantitatis et qualitatis, quantum fieri poteſt, loqui debeat ſententia; quae *c*) legibus conſentanea ſit, oportet, quum alioquin nulla cenſeatur; *d*) cum actis et probatis conueniat; *e*) in ea reus vel condemnetur, vel abſoluatur, ſaltim euentualiter, ſi litigans iurauerit, *Frat. meus comp. prax. lib.* V. *cap.* I. *membr.* I. §. 2. ſeqq.

§. CCCCLXXXIIII.

Continuatio. Praeterea iudex, ſi rite concipere vult ſententiam, *f*) victum in expenſarum reſtitutionem condemnat: niſi 1) probabilem litigandi cauſſam habuerit; vel 2) aduerſae parti aut in linea recta aut obliqua in primo gradu computationis canonicae per affinitatem ſiue conſanguinitatem iunctus ſit; 3) ſi iudici fides facta per iuramentum litigantis. Licet negari nequeat, quod hae limitationes hinc inde ſublatae. Vt *g*) rationes dubitandi et decidendi addantur, vtile quidem, non tamen ſemper et vbique neceſſarium, *Frat. dilectiſſ.* diſſ. *de vtilit. et effect. rationum dubit. et effect. rationum dubit. et decidendi;* nec *h*) ſemper per collegium ICtorum ſententia pronuncianda. Hoc vero omnino neceſſarium, *i*) vt litigantes certiores reddantur de ſententiae contentis;

qua-

qualis actus *publicatio* appellatur, *Frat. meus comp. prax. lib. V. cap. I. membr. I.* §. 4. seqq.

§. CCCCLXXXV.

Sententiae definitiuae effectus communes, antequam vim rei iudicatae nacta est.

Sequuntur II.) *sententiae definitiuae effectus communes*, qui *aliter* comparati, si rei iudicatae vim et efficaciam nondum nacta est sententia; *aliter*, si eamdem obtinuit. Quodsi sententia definitiua, de qua nobis sermo, *a) vim rei iudicatae nondum obtinuit*, ius nondum facit inter partes litigantes; sed litigantium siue vnus, siue vtrique, si credunt, laesionem imminere, ex sententia, seu eam inferre grauamen, intra decendium, a momento publicationis computandum, *remedio suspensiuo* vti possunt, quod est *remedium*, *quo impeditur*, *ne sententia elapsis decem diebus a momento publicationis computandis vim rei iudicatae obtineat.* Hoc vel *deuolutiuum* vel *suspensiuum* est, prout vlterior cognitio coram iudicis grauantis superiore, vel coram ipso grauante suscipitur, *Frater cariss. comp. prax. lib.* V. *cap.* II. per. tot.

§. CCCCLXXXVI.

Continuatio.

Remedia suspensiua diuersis in locis diuersis insigniuntur nominibus, *ap-*

pellationis puta, *leuterationis*, *reuisionis actorum*, *restitutionis in integrum*, et sic porro. Quorum diuersam formam delineauit *Frater meus comp. prax. lib. V. cap. III.* seqq. et non vbique eamdem esse, neque in effectibus conuenire, ex ordinationibus processualibus satis patet. Nos vlteriori explicatione horum remediorum vel ideo haud egemus, quia iura particularia et prouincialia forent enumeranda, quod instituti nostri non est, atque circa horum remediorum species singularia processus consistorialis inuenire haud potuimus, quae intelligi non possent, nisi penitius eruantur.

§. CCCCLXXXVII.

Sententiae definitiuae effectus, postquam vim rei indicatae nacta est.

Si vero *h*) sententia quaedam *vim rei iudicatae nanciscitur*, siue prima sit, quae in caussa fuit lata, siue interpositis remediis suspensiuis pronunciata, eius effectus est, vt *ius constituat inter partes*. Huic iuri siue in commissionis, siue in omissionis iniunctione, siue in praestatione principali, siue in minus principali consistat, litigantes conformiter agere debent. Quod si negligitur; praeuia imploratione iudicis victus cogitur, vt sententiae conuenienter

ter agat; quae coactio *exsecutionis* nomen sortita est.

§. CCCCLXXXVIII.

Exsecutio a quo iudice suscipienda et quas exceptiones admittat.

Exsecutio fiat 1) ab *eo iudice, qui rerum intuitu, in quas exsecutio suscipienda est, iurisdictionem habet*; 2) licet a victo opponatur, quod sententia actis et probatis repugnet: haec enim omnia per iudicati efficaciam sunt exclusa. Reliqua vero fundamenta ad destruendam intentionem actoris pertinentia instar *exceptionum* victori opponi possunt, postquam sententia vim rei iudicatae consecuta est ad impediendam exsecutionem. Qualia sunt *α*) nullitas processus; β) caussa restitutionis in integrum; γ) ea, quae ostendunt, obligationem nondum natam aut exstinctam esse, v. c. pactum de non petendo, vel praescriptio; δ) exstinctio obligationis vi priuilegii, v. c. *SCti Velleiani*, *Macedoniani*, cet. ε) caussa, postquam sententia vim rei iudicatae nacta est, demum orta, cur victus non ad id obligatus sit, in quod comdemnabatur per sententiam, *Frater meus Lib. V. cap. VI. membr. I.* §. 4. *lit. c.*

§. CCCCLXXXVIIII.

Ad quid.

Hae exceptiones ipsum actum ex-

cogi debeat victus, si condemnatur, vt factum omittat vel committat.

secutionis haud impediunt, nisi de earum veritate in continenti constet, atque id haud contineant, quod victor separata actione petere potest, *Frater dilectiss. comp. prax. lib. V. cap. VI. membr. I.* §. 4. Quodsi vero victus vel plane nullas opponit exceptiones, vel ita haud comparatas, vt suspendere queant exsecutionis actum; ante omnia considerandum, quid victo per rem iudicatam iniunctum sit. Si consistit *a*) in *omissione facti*, victor petit, vt omissio huius actus et cautionis de omittendo praestatio iniungatur victo. Si *b*) in *commissione facti* consistit; reus, 1) qui factum praestare nequit, ad interesse; 2) qui praestare potest, ad ipsius facti implementum cogitur, *id. ibid.* §. 5. *lit. b.* et *c.*

§. CCCCLXXXX.

Quid, si victo speciei praestatio iniuncta sit?

Si victo per rem iudicatam iniuncta est *praestatio c*) *speciei*, atque 1) haec res *apud victum exstat*: *α*) si *mobilis* est; per ministros iudicis reo auferetur et victori traditur: *β*) *immobilis* si est; victus a iudice possessione priuatur, et victor ab eodem immittitur: *γ*) si res *incorporalis*; eius iuris exercitium victo interdicitur sub poena, et victori permittitur. Quodsi 2) species, a victo

cto praestanda, apud eumdem *non reperiatur*; exsecutionis tempore videndum, vtrum α) eidem aliquid moraliter imputari possit, cur praestare eam nequeat; quo casu ad aestimationem obstrictus est: an vero β) eiusmodi imputatio locum non habeat; quo in casu haud cogi potest ad rei praestationem. Conf. *Frat. meus comp. prax. lib.* V. *cap.* VI. *membr.* I. §. 5. *lit. a.*

§. CCCCLXXXXI.

Si praestatio generis.

Quodsi victo per rem iudicatam iniuncta praestatio *d) generis incerti*, seu *cuius quantitas ex ipsa sententia haud patet*: si 1) victus solus eam quantitatem per rationum redditionem, quia administrator fuit, certam reddere valet; tum mediis coactiuis ad illam adigi potest: 2) in reliquis casibus, v. c. si expensarum restitutio, vsurarum punitoriarum vel conuentionalium, vel damnorum praestatio est iniuncta, cuius quantitas ex sententia haud apparet; actor in termino liquidationis, ad ipsius petita constituendo, liquidum conficit, quod a reo et in subsidium a iudice, omissis omittendis, agnoscitur, *Frater comp. prax. lib.* V. *cap.* VI. *membr.* I. §. 6. Si denique *e) genus certum*, seu ratione qualitatis et quantitatis in sententia sa-

tis determinatum, vi rei iudicatae praestandum; ad eius praestationem, sine praecedente liquidationis termino, cogitur; modo nulla non determinata praestatio vsurarum, expensarum, et sic porro, concurrat.

§. CCCCLXXXXII.

Quatenus conueniant hae obligationes victi.

Conueniunt omnes hactenus enumeratae obligationes victi in eo, quod victus, antequam media coactiua adhibentur, monendus sit de implenda obligatione sua, qualicumque ratione certa intra certum spatium; quod *monitorium iudiciale*, vulgo *gerichtliche Auflage* nominatur, *Frater comp. prax. lib. V. cap. VI. memb. I.* §. 6. Quo spatio elapso, si victus obligationi suae conformiter haud egit, cogitur, et quidem in obligationibus prioribus (§. CCCCLXXXVIIII. seq.) enumeratis, ad illud victori praecise tradendum, in quod condemnatur; in duabus posterioribus praestationibus (§. pr.) vero, vbi tantumdem idem esse solet, illud ex bonis victi potissimum exsecutioni demandandum est, quod minimam rei familiaris seu alimentorum victi iacturam infert, quum victori sufficere possit, si ipsi satis fiat, siue ex his, siue ex aliis victi bonis, *id. ibid.* §. 8. *n.* 2.

§. CCCCLXXXXIII.

§. CCCCLXXXXIII.

Quaenam vero pro magis pretiosis habeantur prae reliquis, ex ordinationibus processualibus discendum. Conf. *Fratris dilectiss. comp. prax.* cit. loc. §. 9. 10. et 13. Nisi quod *primo* mobilia, *deinde* immobilia, *denique iura* pro obiecto exsecutionis eligi debeant. Obiectum exsecutioni dicatum iudicialiter venale exponitur plus licitanti, ita vt *a*) ex pretio victori satis fiat, et alibi *b*) taxatio iudicialis obiecti exsecutionis praecedat, nec non *c*) si in re immobili consistit, eius possessio haud raro ante subhastationem auferatur victo; quod est *exsecutio in specie talis*: deinde sequitur *immissio victoris*, *id. ibid.* §. 9.

Ordo qui in eligendo exsecutionis obiecto et modo obseruandus.

§. CCCCLXXXXIIII.

Hactenus conueniunt sententiae definitiuae, earumque effectus, siue condemnatoria, siue absolutoria, siue mixta sit: si modo vni ex litigantibus aliquid iniunctum, ita vt ne absolutoria quidem omnis exsecutionis expers sit, quum in eadem actori refusio expensarum imponi possit. Sed opus est, vt B) *diuersitatis sententiarum definitiuarum iura* explicentur, cuius fundamentum in eo, de quo fides facta est iudici, quaeri debet. Nam iudex fert senten-

Quatenus differant sententiae definitiuae.

tiam

tiam I.) *absolutoriam*, si *a*) actor fundamentum agendi plane non, vel *b*) reus exceptionem, totum fundamentum agendi destruentem probauit. Sententia fertur II.) *condemnatoria*, si actor iudici de iure exigendi omne id, quod eit in petito fecit fidem. Denique III.) *mixta* locum inuenit sententia, si pro parte, quod est in petito libelli, probauit, pro parte vero non probauit. Hoc adhuc notes velim, quod, si ex vtraque parte litigante adsint argumenta, iudex vni litigantium iniungat iurisiurandi praestationem, et quidem reo purgatorium, si pro hoc plura militant argumenta, quam pro actore. Si conuersa vice res est comparata; actori suppletorium: si aequalia sint; reo ob fauorem absolutionis purgatorium iniungitur.

§. CCCCLXXXV.

Singularia processus consistorialis ratione transmissionis actorum ad theologorum collegia.

Ordo tangit *singularia processus consistorialis circa sententiam eiusque effectus.* Quibus accenseri debet, quod, quantum ad *modum sententiam concipiendi* (§. CCCCLXXXIII. seq.) attinet, 1) *acta, si caussa conscientiam tangere videtur, ad theologorum collegium* praesertim olim *simul transmitti soleant*, non vnice ad iureconsultorum collegia, LVDOVICI

proc.

proc consist. cap. XVII. §. 2. MEVIVS *part. IIII dec.* 335. et BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. VIIII.* §. 1. seq. Quae tamen coniuncta transmissio ad theologorum et iureconsultorum collegium ob eorumdem dissensum interdum protractioni iustitiae ansam praebere solet, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. XXVII.* §. 25.

§. CCCCLXXXXVI.

Vtrum a consistorio ad principem prouocari possit.

Remediorum suspensiuorum ratione, et in specie effectum deuolutiuum habentium (§. CCCCLXXXV. seq.), in consistoriis altera obuenit singularis *quaestio*; nimirum 2) *ad quem prouocari possit, si litigans credit, consistorium ipsi intulisse grauamen?* Sed huius quaestionis decisionem pertinere ad principem, non est, quod dubitem. Inde si hic iussit; prouocari potest a consistorio *a*) ad *principis personam*, vt in sanctiore senatu, vulgo *geheimden Rath*, diiudicentur caussae, BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. X.* §. 1. MEVIVS *part. IIII. deciss. I. n.* 3. conf. BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXXVIII.* §. 38 dissent. HVLSEMANN. *breu. theol. cap. XVIIII. n.* 19.

§. CCCCLXXXXVII.

Prouocari

Princeps permittere potest prouocatio-

potest ad summa appellationum tribunalia.

cationem a consistorio b) ad *summa appellationum tribunalia*, licet his cura caussarum saecularium simul demandata sit, BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. I. tit. XXXVIII.* §. 39. dissent. BODINVS *de illicito a princip. protestant. preuoc. in caussis eccles.* §. 19. seqq. et MEVIVS *part. III. decis.* 415. Id quod de *tribunali regio Wismariensi* testatur MEVIVS *part. II. dec.* 365. *part. III. decis.* 415. et *part. IIII. decis.* 1. et de *iudicio appellationis supremo Saxoniae electoralis* ZIEGLER in *praelect. ad ius can. ad tit. decret. de iudiciis*, in fin.

§. CCCCLXXXXVIII.

Reliqua prouocationis iura singularia fori ecclesiastici.

Adhaec *princeps* c) *caussas ecclesiasticas a foro consistoriali eodem modo auocare potest*, *quo ab aliis foris sibi subiectis solet*, CARPZ *iurispr. consist. lib. III. def.* 14. BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. X.* §. 24. et STRYK in *not. ad eumd.* BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. I. tit. XXXVIII.* §. 45. dissent. MYLER *ab* EHRENBACH. *gamolog. cap. VIII.* §. 7. et B. GERHARD *loco de potest. et regim. eccl. n.* 223. nisi sermo sit de consistorio euangelico intra territorium principis pontificii existentis, BOEHMER cit. loc. §. 46. Si denique d) in ordinationibus nihil speciatim determinatur, ad

ad quem prouocari possit; ordo apud pontificios receptus obseruatur, MEVIVS *part III. dec.* 257. *n.* 2. THOMASIVS differt. *de iure princ. circa solennia sepult.* §. 15. in fin. et BOEHMER cit. loc. §. 48. ita tamen, vt ad principem tandem prouocare liceat, BRVNNEM. cit. loc. §. 1. seq.

§. CCCCLXXXXVIIII.

Aliorum opiniones de irretractabilitate sententiae fori ecclesiastici;

Singularia processus consistorialis etiam locum habere ferunt DD. circa effectum sententiae, quem producit, si intra decendium remedio suspensiuo haud vsus est litigans (§. CCCCLXXXVII.): quum non dubitent, quin 3) *sententia*, saltim in caussis matrimonialibus et super beneficiis lata, *ius inter partes numquam constituat*, quod ad irretractabilitatem, vti loqui solent; licet, quod ad exsecutionis effectum, cum aliis rebus iudicatis conueniat, BERGER *elect. proc. matrim. th.* 45 seq. BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. VIIII.* §. 6. seqq.

§. Iↄ.

et genuina sententia de vi rei iudicatae.

Sed hanc opinionem DD. fallere in regula, docuit BOEHMER *iur. eccl. prot. lib. II. tit. XXVII.* §. 41. seq. ita vt sententia in rem iudicatam transeat, licet lata sit *a)* contra sponsalia, BOEH-

MER

MER cit. §. 41. *lit. a. b*) contra matrimonium, quod sit nullum, quod adsit caussa diuortii, BOEHMER cit. loc. §. 43. seqq. tametsi communis DD. opinio in contrarium sentiat, quorum haud exiguum numerum adduxit, *id. ibid.* §. 42. in fin. nisi quod praeter caussas, quae in aliis rebus iudicatis impugnationem admittunt, tunc sententia contra matrimonium lata adhuc retractari possit, si collusio litigantium ratio sit, cur ita pronunciatum; *cap.* 7. *X. de sententia et re iudicata*, BOEHMER cit. loc. §. 45. Sententia quoque ius inter partes constituit, si *c)* pro matrimonio lata, BOEHMER cit. loc. §. 52. dissent. GAIL. *lib. I. obs.* 112. *n.* 3. BERGER *elect. deciss. matrim. th.* 47. et BEVST *de matrim. part. II cap.* 39. nisi incestus lege diuina prohibitus matrimonio insit, BOEHMER cit. loc *d*) in caussis beneficialibus pronunciata sit, *cap.* 32. in fin. *X. de election.* BOEHMER cit. loc. §. 40.

§. IoI.

Singularia processus consistorialis circa exsecutionem.

Neque *intuitu exsecutionis*, de qua supra (§. CCCCLXXXVIII. seqq.) fuit actum, in foro ecclesiastico desunt *singularia.* Nam 4) *per brachium saeculare seu magistratum ciuilem sententia consistoria-*

ria-

rialis exsecutioni demandatur, quoties magistratus ecclesiastici vires ad coactionem victi haud sufficiunt, *can.* 4. *D.* 17. *cap.* 1. et 14. *X. de offic. iudic. ordin. cap.* 2. *X. de maledict.* et *cap.* 2. *X. de cleric. exam.* BOEHMER *iur. eccles. prot. lib. II. tit. XXVII.* §. 54. BRVNNEM. *iur. eccl. lib. III. cap. XI.* §. 2. ita tamen, vt *a*) iudex saecularis recte recusare possit exsecutionem sententiae, si ipsi appareat, eam esse nullam, *cap.* 5. *X. de rescriptis*, GAIL. *lib. I. obs.* 115. *n.* 5 et BRVNNEM. cit. loc. §. 3. seq. ZIEGLER *ad* LANCELOT. *instit. iur can. lib.* III. *tit.* XVI. §. 4. et *b*) cognoscat de exceptionibus, quae a victo exsecutioni opponuntur, BOEHMER cit. loc. §. 57. Neque *c*) exsecutio est deneganda, si iudex saecularis Augustanae confessioni addictus a iudice ecclesiastico pontificio eum in finem imploratur, BOEHMER cit. loc. §. 56. et FABRICIVS ad GAIL. *lib.* I. *obs.* 115. *sect.* I.

§. IↃII.

Iuramentum pro matrimonio est deferendum.

Superest, vt de *iuramento suppletorio* et *purgatorio*, ob defectus probationis praestando, (§. CCCCLXXXXIIII.) ea, quae in processu consistoriali tamquam singularia occurrunt, spectentur.

tur. Quo pertinet, 5) quod *potius pro conſeruando matrimonio* coniungendo aut coniuncto iniungi ſoleat iusiurandum, *quam pro diſſoluendo*, CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib.* III. *def.* 46. *n.* 14. BRVNNEM. *iur. eccl. lib.* III. *cap.* V. §. 6. ſeqq. Quibus vltimo proceſſus conſiſtorialis ſubſtantiali, adeoque parti practicae, ac ſimul compendio iurisprudentiae eccleſiaſticae imponitur

FINIS.

CONSPECTVS VNIVERSAE TRACTATIONIS

PRAECOGNOSCENDORVM.

PARS PRACTICA
SIVE
DE PROCESSV CONSISTORIALI.

INDEX
RERVM PRAECIPVARVM.
Numerus paragraphum indicat.

A.

Acade-

primi,

Bene-

qua-

suos

ordina-

euange-

que-

a quo

iudi-

senatum

Dies

Euan-

Exam-

Exspe-

F.

Hufen-

caput

Le-

militis

Ordi-

 ad

pro-

Preces

Q.

R.

Reli-

 Re-

Sepul-

tes

Vnio

F I N I S.